

BOISSARD, JEAN JACQUES  
BRY, THEODOR DE [ILL.]

**Icones quinquaginta virorum  
illustrium doctrina &  
eruditione praestantium ad  
vivum effictae.**

Cum eorum vitis descriptis 2. Pars

per Theodorum de Bry  
Frankfurt  
1598

# books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

## What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

## How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

## How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

# Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

## Print

Print out the whole book or only some pages.

## Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.

## Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

# Advanced EOD eBook - How to use

## Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

## Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

## Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

# Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

# More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien

I

231.994

A

Ex Libris  
Cxxi, ac Classici & Magri Mariani Wilffing, senioris, definitio  
perpetui, studiorum Regentis emeriti, & quondam jurati in Universitate

Vienſi Inſubſta Nationis Auſtriaca primarii Procuratoris Conſistori-  
alis, Librorumq; Academico-Theologici Cenſoris ordinarii, nec in Comitiis  
Proſulium in ſua alma Conventualium Doct. Auſtriaci apud nos Vienna ad S. Crucem  
1792 ſub ultima Auguſti ritè inchoatorum, & tunc ſub ſequentibus hiſ  
diebus concorditer celebratorum legitime ſpecialiter deputato Proſide Copi-  
ſulari, hoc ſeniculo bono viro, qui Proſe prohibito pro nonnullis huius  
noſtris Conſultis bibliotheca exigua decorè & ſingulorū Ejuſdem charitate Pa-  
terna de ſuis cum gratiſſis Librorum altiorum Superiorum Diſſertationum licentia  
preſter plurimos adhuc alios varios & omniſerme Claſſe ſalubros, et utiles  
Authores, in inferioribus ſtudioſè adm. ſelecter, ritèſ emptis ad ſuum,  
ſuiſq; huius chariſſimi nativi Paternalis pauſe ſeculi V. Conſuetudis  
ſulnentiſ bonum uſum in perpetuo grato ſui maximi peccatoris, ac  
ſpecialiſ huius noſtri ab ipſo paucis abſtine annis vigilanter ſatis ſolide  
neo-edificata, ſatisq; in de ſuis pulchre in ſtructa bibliotheca  
Minoritica benefactoris hanc exigui quotid. ann. ad ſ. ſaras ſemper  
ſpecialiſ devotiſſime faciendam memoriam piſſione, nequaquam  
in futurum mittendam, neſ nunquam obliſandam





II PARS

ICONES VIRORVM ILLVSTRVM,  
 doctrina & eruditione vras tanti,  
 um continet, quorum ab intem-  
 vivas esse adferunt, alij nunc quoq;  
 vitari avara fruuntur cum  
 Utis eorum, descripites

LI. BOISSARDO *Vesum*  
 Recens in arte artificiaf oia incisa  
 & publicata a  
 THEODORO DE BRY LEODIEN  
 FRANC'ORDII  
 ANNO M D IIC



THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 58TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
U.S.A.  
1964

PAVLVS MELISSVS, SACRI PALA-  
TII COMES, AVRATÆ MILITIÆ TORQVA-  
tus eques, & ciuis Romanus

*in*  
IANI IACOBI BOISSARDI VESVNTINI  
*effigiem, à Theodoro de Bry artificiosissime calatam.*





VIVS heic labia, & genas, comasque,  
Lector, eminulari virente Lauro  
Admirantibus inspicis Camænis  
BOISSARDVS meus est vetus sodalis,  
Amicusq; bonus, velutq; frater  
Omnis hæret in intimis medullis  
Diuerso varius colore Pictor,  
Vestium Phrygio nitore Textor,  
Carminum Latio decore Fictor.  
Ternis muneribus remunerauit  
Me sodalis amicus atq; frater  
Pictura, & Phrygia plica, & Poësi.  
Quei discederet à sonante lingua?  
Quei relinqueret is meos ocellos?  
Aut quei desereret meas medullas?



PETRVS



PETRVS LEPIDVVS REGIORVM  
 NEGOTIORVM SVMMVS PROCVRA-  
 TOR APVD MEDIOMATRICOS, VIRDV-  
 nenses & Tullios, in eandem Dn. BOIS-  
 SARDI effigiem.

**H**OSPES, qui vagus in scientiarum  
 Hortis expatiaris, vt Minerue  
 Doctas ingenium excolas per artes;  
 Quem tu conspicias hic breui tabella  
 Expressum Bryij arte penicilli,  
 Ille est Sequanici ad DVVIS fluenta  
 BOISSARDO genitus parente VATES  
 Phæbo & Castaleis Deis amatus:  
 Ille est qui facili stylo & colore  
 Urbes Oenotriæ, & situs locorum,  
 Portus, Valla, Pharos, lacus, cauernas,  
 Montes & fluuios scaturientes,  
 Diuersosq; habitus manu erudita  
 Iconasq; virum eruditiorum  
 Descripsit, statuasq; imaginesq;  
 Et prisca monumenta cuncta secli

*Impensisq̄, laboribusq̄ magnis,*  
*Publicam utilitatem ut adiunaret,*  
*Solers edidit artifex, typisq̄*  
*Æterni operis THEODORICI*  
*Libro hoc proposuit tibi videnda.*

*Tu de te meritis bene has repende*  
*Grates, ut studium utriusque vultu*  
*Sereno excipias, probesque. Virtus*  
*Illorum expetit unicum hoc, nec ultra.*

CLA-



CLARISSIMO PRÆSTANTIS-  
SIMOQVE VIRO LVDOVICO MALAR-  
MÆO, DOMINO LORÆI PATRICIO-  
que Vesuntino:

IANVS IACOBVS BOISSARDVS.

**P**RÆCLARVM est ita vitam, instituere  
(clarissime Malarmæ) ut post obitum  
memoriam de nobis laudabilem ad po-  
steritatem transmittamus. Promere e-  
nim ex nobis semper aliquid oportet, quod alios de-  
lectet, aut nos ipsos laudibus illustret. Dum hac vi-  
ta fruimur, debemus quibus modis possumus bene-  
ficiis præsentis promereri, & post mortem monu-  
mentis literarum utiles esse posteritati. Quoniam  
(ut testis est Romani eloquij Princeps) literæ poste-  
ritatis causa reperta sunt, ut obliuioni subsidio  
sint. Nam exempla omnia iacerent in tenebris, ni-  
si literarum lumē accederet. Nemo ciuis egregius  
sine bonarum artium cognitione & doctrina iu-  
dicari potest. Sunt enim liberalia studia virtutis  
incunabula & rudimenta, quibus animi genero-  
si ad

*si ad gloriæ cupiditatem accenduntur. Atqui ut  
 beneficium hoc à Deo optimo maximopaucis con-  
 fertur (nam pauci quos æquus amavit Iupiter,  
 aut ardens euexit ad æthera virtus.) itaque qui-  
 bus nomen aliquod celebre per virtutem compa-  
 ratum est, si calamo scriptoris idonei destituantur,  
 habent quod non sine culpa intra se doleant, & cõ-  
 querantur, dum frustrantur spe commendationis  
 futuræ, eorum gloria quibus regionibus viuunt, &  
 sæculo præfinito circumscribi & arctari videtur:  
 fit quæ ut segnius multò actiones difficiles vitæ perfe-  
 ctioris aggreantur & suscipiant: Extinguun-  
 tur in eorum animis scintillæ illæ laudabiles, quib.  
 lumen maius ad ingratam posteritatem trāsmit-  
 tendum non datur: Ut enim Honos alit artes, ita  
 quoque marcet contempta virtus: utque calybei  
 nitidissimus orbis clypei armamentarij thecis re-  
 conditus, situ ac rubigine statim polluitur, turpes-  
 que notas ac maculas contrahit, quibus illius splē-  
 dor obfuscatur, lumenquæ coruscum metalli plane  
 abstergitur & aboletur: Non secus euenire vi-  
 demus magnis viris, quorum res gestæ, quantum-  
 uis excellentes, nisi scriptis doctorum poliatur, ge-  
 nium*

nium amittunt, & radiis sui splendoris protinus destituuntur. Quod sibi euenisse merito conquestus est magnus ille Imperator Macedonum in Sigæo littore parentans Achilli, illiusq; sepulchro cum lacrymis incumbens, Fortunatissime iuuenis, inquit, probè tecum actum est, qui Homerum tuarum virtutum Præconem fortitus es: at me infelicissimum, quem tam infausto seculo natum voluerunt superi, quo ne vnus quidem idoneus reperiatur, aut fatis dignus qui ALEXANDRUM decantet. Nobis Dei fauore talis querimonia non competit: Nostro enim tempore quælibet Natio produxit hætenus, & producit quotidie magnum hominum numerum, qui doctrinâ celebres existunt, quibusq; facultas & voluntas neutiquam deest commendandi literis eos, qui de Republica bene meriti sunt, nō solum in bellicis expeditionibus, gubernatione Politia, salubribus cōsiliis apud Reges & Principes, sed etiam eos qui scriptis adiuarunt & promouerunt utilitatem publicam, tam in Theologia, Iurisprudētia, Medicina, quàm in Philosophicis & aliis liberalium artium exercitiis: per quæ humana vita



eruditur & politur, iuuentus instituitur, & formatur, florent regna & ciuitates, & vniuersa hominum societas tanquam dulci quodam condimento recreatur. Hoc sine controuersia semper & ubique inter cultiores populos opinione communi creditum est, vitam sine literis cacam esse, rudem, & asperam: Neque Principatus vigere magis, quam dum à viris bene institutis & doctis gubernantur. Vnde laudabilis illa Sapientis extat sententia: Beatum esse regnum vbi Philosophus rex est, vel vbi rex philosophatur. Dictum quidem merito ab antiquis plausu exceptum, quodq; hodie verum & laudabile esse non desinit. Homines certe quantumuis ab omni cultu Musarum alieni, doctrinam licet incognitam admirantur & suspiciunt: quodque facere ipsi non possunt, id recte in altero fieri iudicant. Refragrari licet huic opinioni barbariè nostri sæculi animaduertamus: inter nobiles potissimum nostros, qui nescio quibus fumis vanitatis inflati rem literariam fastidiunt & auersantur, tanquam fatuitatē, qua animi simul & corpora eneruantur & fatiscunt: summūque decus in arte militari constituunt, in Mar-

*tius exercitiis, & beluina feritate: quasi verò litera militarem disciplinam remoueāt, animum generosum effeminent, & ab omni actione laudabili diuertant: imò verò omnem vitæ partem in officio contineant, & licentiam hominum male moratorum in ordinem cogant. Militiæ studium beluinum esset, barbarū, & ab omni humanitate alienum nisi consilio fulciatur, eiusque feritas mitioribus affectibus temperetur. Sed quid non admittit deplorata nostri seculi deprauatio? quæ cōtemptis bonis moribus effrenatam quidlibet patrandi licentiam laudat & sequitur; iudicatq; summū bonum, si quicquid libeat liceat: & per omnem truculentiam libidinemq; impune debacchetur. Quibus autem iudicium viget solidius, mensq; sana est in pectore sano, quibus serenior Genius bonas animas agit & moderatur, longè diuersum viuendi modum sibi proponunt, Palladem colentes armatam, Heliconis cum Apolline Præsidiē, nempe bellicum studium à consilio & rerum scientia non separantes. Tunc enim militia viget maxime, dum consilio domestico res foris prudenter reguntur & administrantur. Probe inquit Cicero, expeten-*

dam magis decernendi rationē, quàm decer-  
tandi fortitudinem. *Honestum effici animi, non  
corporis viribus. Parua esse arma foris, nisi sit cō-  
siliium domi. Sed relinquendi sunt isti Cyclopes &  
centimani Bryarei, qui vastitate corporū & po-  
tentia immani præter modū fulti, viribus cælum  
inuadere, humana diuināq; pro arbitrio commi-  
scere nituntur, neque quicquam cum Musis mi-  
tioribus habere volunt commercij. Nos eos primo  
honore colendos existimamus, quorum laudabilis  
virtus proximo utilis est. Horum nomen publicis  
Encomiis efferre & famā scriptis propagare pul-  
chrum esse duco, & virtuti consentaneum. Indi-  
gnum, certè, esset tam splendida eruditorum dotes  
obliuione eorum, qui viuunt, aut reticentia poste-  
rorum sepelire. Sapiens virtutis honorem premiū  
haud prædam petit. Neque ullam aliam suorum  
laborum mercedem postulat, quàm laudis & gloriæ.  
Quam si illi detraxeris, nihil illi relinquis, cur se  
tantis lucubrationibus & vigilis exerceat. Qua-  
propter qui olim res gestas maiorum, vitasq; vi-  
rorum doctrina illustrium scriptis mādauerunt,  
non solum memoriæ eorum, quos laudibus euehūt,*

*consulere visi sunt, sed etiam sibi ipsis apud posteritatem optimè prospexerunt. Dum enim virtutes excellentes in aliis commendant, clarè testantur se earum admiratores esse & sectatores. Ideo studia eorum laudabilia iudicari debent, qui scientiarum inuentoribus & cultoribus honorem debitum non denegāt, sed magis quibus possunt rationibus promouent & conseruant. Hęc est clarissime Malar-mæ, præcipua causa, cur secundum hoc iconū volumen concinnare & publicare statuerim: quo cōtinentur effigies, succinctaq; vitæ descriptio multorum, qui adhuc superstites in viuis sunt doctrina rerumq; cognitione clari. Idq; opusculum, qualecunque est, tibi dicatum volui, quod & tu inter præcipuos nostræ ætatis literatos viros, sine ullius inuidia, dignissimus iudicaris, cui præcipuus honos deferatur. Æquum est excellentes hos homines sub tuo patrociniò commendari: quod & eorū laus maior euadet præstantis laude viri commendatione, & tua autoritas non parum splendoris assumet commercio tanquã & familiaritate contracta cum iis, quorum sempiterna memoria sub laudabili tuo nomine in Theatrum publicum in-*

*troducta aeternitati sacrabitur. Eximius ille tuus  
 candor, morumq; facilitas in cōversatione statim  
 quemlibet in tui amorem pellicit, religiosaq; obli-  
 gatione cogit, ut te omnes colant & venerentur,  
 nostri præcipue Burgundi, & ante omnes Vesun-  
 tini, inter quos nulli secundus haberis; infinitos ve-  
 rò opum splendore, potentia, autoritate & erudi-  
 tione superas, cum inter Patricios sellam occupes  
 Senatoriã. Præter hæc omnia aliud memouet, ut  
 hoc opusculum tuo nomini inscriberem, quòd in  
 nostra urbe nemo mihi superstes amicus relictus  
 est, qui me ex facie viderit præter te, & magnifi-  
 cum illum Montriuellum, duo patriæ meæ splen-  
 dida luminaria: reliqui ex nomine non visum di-  
 ligunt, hanc beneuolentiam à parentibus heredi-  
 tario iure sortiti: ut sunt Nobiles & eruditi Ne-  
 potes tui Ioannes & Gedeon, Francisci fratris fi-  
 lij: quos ego redamo, colo, & honoro propter, piæ  
 memoriæ, Patrem defunctum, & eorum virtu-  
 tem: quibus omnia secunda per successus felices in-  
 crementa precor & exopto: æquum est hos affe-  
 ctus ex me in illos derivari, ne indignus videar tuo  
 amore, parentisque illorum, qui me olim tam ar-*

*Et a consuetudine amanter complexus est.*

*Erit igitur hic meus labos probatum pignus  
mei amoris erga te, vir splendidissime. Quod si  
gratum animaduertam hunc conatum meum ti-  
bi fuisse, non mediocrem mihi iniicies stimulum  
meditandi in posterum alia solidiora, qua tibi ma-  
iorem afferent delectationem, & ad publicam uti-  
litatem magis facere videbuntur. Vale felicissi-  
me: tuumque Boiffardum mutua beneuolentia  
te unice colentem, redama.*

IN

The first part of the book is devoted to a general  
 description of the human body, and the various  
 organs and systems of which it is composed.  
 This is followed by a detailed account of the  
 diseases which are most common, and the  
 methods of treating them. The author has  
 endeavored to give a full and accurate  
 description of each disease, and to show  
 the manner in which it is produced, and  
 the effects which it produces on the body.  
 The second part of the book is devoted to  
 a description of the various methods of  
 treating diseases, and the manner in which  
 they should be applied. This part of the  
 book is of great importance, and should  
 be read with great attention.

III



IN EFFIGIES

DOCTRINA CLARORUM  
VIRORUM, A DOMINO

IANO IACOBO BOISSARDO  
celebratorum,

IOANNES POSTHIVS GERMERS-  
HEMIVS, AVLÆ PALATINÆ  
Archiater.

**ILL** LUSTRES *anima, quarū natali-  
bus horis*

*Fulserūt nitidi sydera fausta poli.*

*Et Genium ingeniis felicem fata dedere,*

*Et dedit ipsa artes Calliopœa suas.*

*Quæis freta celebrem scriptis extendere famam*

*Æternumq; decus cura parare fuit.*

*Gaudete: est nomen vobis & gloria parta,*

*Quam nulli poterunt unquam abolere dies.*

*Vestra sed indomita cum sint obnoxia morti*

*Corpora, & in cineres tota abitura leues,*

*Vt saltem vixi superent in imagine vultus,*

*Quos avido spectet lumine posteritas.*

G

Sum-



*Sumptibus en præstat largis, multoq; labore*  
 BOISSARDVS, Phæbi delicia & Charitum.  
*Tum breuia adiiciens actæ præconia vite,*  
*Contexit variam dedalus Historiam.*  
*Dulcibus & vitam dum sic impertit amicis,*  
*Ipse sibi vitam dat quoque perpetuam.*  
*Vobiscum & pariter celebratus in orbe legetur,*  
*Donec erunt aliquo doctæ in honore DEÆ.*

CARO





CAROLVS CLVSIVS ATRE-  
BAS, SCRIPTOR HISTORIÆ SIM-  
plicium peregrinorum clarissimus.



NNO à nato CHRISTO  
M. D. XXVI. mensis Fe-  
bruarij XIX. sub horam  
quintam ante meridiem,  
natus est CAROLVS CLV-  
sius Atrebatî, metropoli  
Comitatus Arthesiæ in

Galliâ Belgicâ, isticq; in pueritiâ educatus: Gã-  
dauum inde ablegatus, vt operã politioribus  
literis daret sub PAVLO EVCHARIO viro do-  
ctissimo, apud quem biennio vixit: anno qua-  
dragesimo sexto Louanium profectus, Latine  
& Græcæ linguæ Professores in Collegio trilin-  
gui siue Buslidiano, audiuit: Deinde (sic volen-  
te patre) Iuri ciuili operam dedit sub C. V. Do-  
ctore GABRIELE MVDÆO: sed cùm animus  
esset peregrinas regiones lustrandi, Germaniã

triennio post adiiit, vbi ex magni & celeberrimi viri consilio & autoritate studij rationem mutans, neglectâ Iurisprudentiâ, Philosophicum studium amplexus est. Anno quinquagesimo in Narbonensem Galliam se contulit, vnde paucos post annos, ob bellum inter Carolum V. Cæsarem, & Henricum II. Galliarum regem, exortum in patriam à patre reuocatus istic aliquot annos vixit, donec anno LX. denuo in Galliam reuerteretur, Lutetiæq; biennio viueret. Inde propter intestinum bellum, Aureliâ à Principe CONDÆO occupatâ, Louanium abiit, & istic anno vixit. Anno 1564. euocatus in Germaniam, bimestri istic transacto, per celeres equos in Belgium rediit, & inde per Galliam in Hispaniam profectus est, cuius plures prouincias, atque etiam magnam Lusitaniam partem, annuo spacio perlustrauit. Anno sequente in patriam reuersus vsque ad primum & septuagesimum in eâ permansit, quo Lutetiam profectus, & inde per Caletes in Angliam. Illâ autem ex parte peragratâ, denuo Lutetiam & in Belgium regressus est: istic hęc

rens vsque ad annum tertium & septuagesimum supra millesimum & quingentesimum: tum enim à Cæsare MAXIMILIANO huius nominis secundo euocatus Viennâ Austriæ profectus est, & istic in Aulæ Cæsareæ familiarium numerum benigne receptus fuit. quo etiam loco apud Cæsarem RVDOLPHVM II. Maximiliani F. fuit. Vixit porrò Viennæ vsque ad annum LXXXVIII. (susceptis tamē interea binis in Angliam peregrinationibus) quo Francofurtum ad Mœnum se contulit. XCIII. autē anno Lugdunum apud Batauos ab ordinibus confœderatarum Prouinciarum euocatus, eò peruenit annum ætatis agens octauum & sexagesimum, vbi adhuc viuit cœlebs, annū agens tertium & septuagesimum.

In pueritiâ & adolescentiâ variis morbis obnoxius fuit, præsertim febrib. cōtinuis aliquot annis, omnibusq; diuexatus est, præterquam quartanâ & pestilente. Annū agens XXI III. Hydrope laborauit, ex intēperâte aquę frigide potu, quo morbo C.V. Guilielmi Rondeletij Medici celeberrimi & Professoris in Academia

mia Montepessulana, cura & diligētia liberatus fuit. Anno autem ætatis xxxix. in Hispanica peregrinatione, ruente in cursu per acclive equo cum ipso sessore, dextrum brachium supra cubitum fregit, & eum insequente, dextrum crus. Viennæ porrò Austriæ annū agenti quintum & quinquagesimum, pes sinister illi luxatus, & malleolus fractus: Octennio deinde post Francofurti ad Mœnum, ex casu dextrum femur luxatum, & luxatione nec à Medicis, nec à Chirurgis agnita sed neglecta, ad cōtusionem duntaxat medicamenta applicantibus, prorsus claudus effectus est, vt ne pedem quidem promouere possit, nisi gemino scipione sub alis subnixus. Eam ob causam cum corpus exercere nequeat, sed perpetuò fere illi sedendum aut decumbendum sit, graues alij accessere morbi, Calculus, Coli dolor, & Hernia.

Italicam profectiōnem tertentauit: florentissimam enim illam regionē videre summo pere auebat: sed irriti semper fuere conatus: primùm Mōtepeessulano Massiliam profectus est: deinde ex ea vrbe rediens, apud Allobro-

ges hæsit fere semestri, parentis responsum expectans, postremò Augustam vsque Vindellicorum profectus, vnde cursum cōuertere debuit in Hispaniam. Quæ adeò causa fuit, vt adeundi Italiam omnem cogitationem in posterum deponeret, existimans id institutū Deo non probari, cuius voluntati obsistere nephās duceret. Eum ob tot animi & ingenij virtutes atque dotes incomparabiles Imperator Maximilianus II. Nobilitatis priuilegiis optimo eius merito cohonestatum plurimum amabat: Linguarū septem, vtpote Latinæ, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Lusitanicæ & Belgicæ exactam habet peritiam, variarum autem rerum præstantissimarum, præcipuè verò in Historia simplicium peregrinorum tantam notitiã & vsū sibi acquisiuit, vt per tot regna orbis terrarum Scriptorem earum vel grauiorem vel diligentiosem hodie nõ reperias. Historiarum vulgo incognitarum & scriptor & censor acutissimus, vti & Cosmographiæ doctissimus. Scripsit, & vertit historias Americanas ex Hispanico idiomate, in Latinū sermonē. Dialo-



gos siue Historiam Garciae ab Horto, Proregis  
 Indiae Medici Lusitanicâ linguâ scriptam de  
 Aromatis & simplicibus aliquot Medica-  
 mentis apud Indos nascentibus, latino sermo-  
 ne in Epitomen contraxit, & Iconibus ad vi-  
 uum expressis locupletioribusq; annotationi-  
 bus illustravit, quæ quartâ editione apud Plan-  
 tini viduam castigatior & auctior prodiit, in 8.  
 Anno 93. Librum Christophori à Costa Medi-  
 ci & Cheirurgi, de Aromatibus & Medica-  
 mentis in orientali India nascentibus ex Hi-  
 spanico sermone Latinum fecit, & in Epitome  
 contractum quibusdam notis illustravit, qui  
 altera editione apud Plantini viduam Antuer-  
 piæ, Anno 1593. in forma octava publicatus est  
 auctior & castigatior. Historiam Nicolai Mo-  
 nardis Hispalensis Medici duobus libris scri-  
 ptam Hispanico sermone de simplicibus Me-  
 dicamentis ex nouo orbe delatis, quorum in  
 Medicina usus est, Latio donauit, & in vnum  
 volumen contractam annotationibus & Ico-  
 nibus affabre depictis illustravit, quæ tertia e-  
 ditione excusa est, ibidem ex postrema Autoris

recognitione, formâ 8. anno 1593. Idem fecit ta-  
 bulam Hispaniæ antiquis & recentibus in ea  
 locorum nominibus inscriptis, quam se editu-  
 rum promisit Ortelius. Eiusdem Historia ali-  
 quot stirpium per Hispaniam obseruatarum  
 libris duobus expressa est Antuerpiæ  
 in 8. Anno 1576.

D 2 IV-







IVSTVS LIPSIVS PHILOLO-  
gus & Consiliarius Regius.



AMETSI de Iusto Lipsio Bru-  
xellis nato & multa & præclara  
dicenda veniât, viro nimirum  
de literis optime merito, & cui  
comparando ob singulares in-  
genij dotes ætas nostra vix parem videt, nõ per  
Germaniam solùm, sed & per Galliam, perq;  
ipsam studiorum matrem Italiam, quod vni-  
uersitates & pulpita passim aperte loquuntur,  
atque vt Academies Ienensem, Louaniensem,  
Lugdunensemq; Batauorum taceamus, vel  
sola Antuerpia de viri huius meritis amplissi-  
mis corã vniuerso orbe palàm declamat: nos  
tamẽ præstabilius duximus notationi huic ie-  
iunæ impræsentiarum potius supersedere, quã  
pauca & tãto ingenio minus paria afferre. Ima-  
ginem eius florentissimam equidem apposui-  
mus, mentis ideam tot ab ipso editæ lucubra-

tiones docebũt abunde, quas si quis inspiciat, quid est quod desiderare possit? nec enim Apelles melius eum vnquam expresserit. Is inter cetera edidit Epistolicarum quæstionum libros octo omni cura elaboratos, quos Antuerpiæ Plantinus excudit. edidit & antiquarũ lectionum commentarium, distributum in quinque libros, in quibus varia scriptorum loca, Plauti præcipuè, illustrantur & emendantur. Idem P. Cornelij Taciti Historiarum & Annalium libros recensuit: & Saturnalium sermonum libros II. qui de Gladiatoribus. Fecit Electorum librum vnum, in quo præter censuras varij præsci ritus proponuntur item librũ de Cõstantia plane aureum, & alia quæ suo loco plenius enumerabimus: atque hæc de Iusto Lipsio.







**HVL RICHVS HVT TENVS**  
*Franc. Eq. & poeta.*



**V**LRICHVS Huttenus  
 eq. Francus Germanus  
 Poeta, ex nobili Hutte-  
 norum familia in Ger-  
 mania 20. Aprilis die,  
 Anno 1488. prognatus,  
 & in omni genere artium  
 & disciplinarum parvum

consilio educatus, Minervâ duce & Magistrâ  
 literarum pariter & armorum gloriâ præstans  
 fuit, multa audacter & libere in Romanenses  
 dixit & scripsit, multa etiâ in Principes & ma-  
 gistratus civitatum: in bellis Venetis Maximi-  
 liano Imperatori suam operam fortiter præsti-  
 tit, unde ob excellentis ingenij vim & probatæ  
 virtutis in eo bello laudem singularem à Diuo  
 Maximiliano I. & Poëta Lauro, & eques auro  
 coronatus propugnator communis libertatis

**E** persti-



perstitit, Musarumq; & Gratiarū Hierophantes incomparabilis. Claruit anno 1523. Scripsit in Hulrichum Principem Wirtenbergensem inuectiuas & Phalarismum Dialogum composuit. Cum Erasmo de quibusdam expositulauit, & hoc modo variis orationibus & epigrammatis editis apud Germanos magnū sibi nomen comparauit. Opera eius Poetica ex diuersis monumentis in vnum collecta sunt, & Francofurti impressa anno 1538. Sunt autē hęc: Epigrammata varia: in tempora Iulij secundi Satyra; ad Maximilianum Imperatorem exhortatio, vt bellum in Venetos persequatur: De piscatura Venetorum carmen heroicum: Marcus carmen heroicum: de non degeneri statu Germanorum: Epistola Italiæ ad Maximilianum Imp. Responsoria Maximiliani Imperatoris ad Italiam authore Helio Eobano Hesso: ad Cardinalem Hadrianū pro Capnione intercessio: Triumphus Capnionis: Panegyricus in laudem Alberti Archiepiscopi Moguntini; in Pepercorni vitam & obitum. Vtis id est, nemo carmē iucundum: Vir bonus: De arte

arte versificatoria: De Guaiaci ligni medicina  
 & morbo Gallico liber impressus Moguntię a-  
 pud Ioan. Schoeffer 1519. Flores obseruati ab  
 Hulricho Hutteno in libris Q. Curtij de rebus  
 gestis Alexandri, Colon. apud Gymnicum 1538.  
 Eiusdem super interfectione propinqui sui Io-  
 annis Hutteni equitis à Wirtebergēsi duce Vl-  
 rico deploratio heroicis versibus: Item ad Lu-  
 douicum Huttenum super interemptione fi-  
 lij consolatoria oratio: Item in Vlrichum Wir-  
 tebergensem Orationes quinque inuectiue: in  
 eundem Dialogus cui titulus Phalarismus, &  
 aliquot ad amicos epistolę: Item ad Franciscū  
 Galliarū regem epistola, ne causam Wirteber-  
 gēsis tueatur, exhortatoria, & epistolę aliquot  
 ad amicos. quę omnia simul excusa sunt in ar-  
 ce Steckelberg anno 1519. Expostulatio cum  
 Desiderio Erasmo, impressa cum Brunfelsij re-  
 sponse ad Erasmi spongiam pro Hutteno.  
 Item Orationes quędam, quarum tituli sunt,  
 Monitio prima, Monitio secūda. Sunt qui pu-  
 tent Dialogū illū Philalethis ciuis Vtopiensis  
 eodem authore cōscriptum esse, & Orationē

ad Christum pro Iulio secundo Ligure Pontifice, & Pasquillos nonnullos, veluti sunt Dialogus Bulla inscriptus siue Bullicida, Prædones, Momus, Carolus, pietatis & superstitionis pugna, conciliabulum Theologastrorū aduersus bonarū literarū studiosos, Apophthegmata Vadi disci & Pasquilli de deprauato Ecclesiæ statu: Huttenus captiuus; Huttenus illustris, eiusdem exclamatio carmine scripta in incendium Lutheranorū, quæ impressa est cū aliis quibusdam in quarto: Item epistola ad Bilibaldum Pirckheimerum: pars quædam inuectiue in Hieronymum Aleandrum: Epistola ad Marinum Caracciolum: oratio ad Cardinales, Episcopos, Abbates, Præpositos, & vniuersum Sacerdotum concilium, WORMATIÆ Lutherū & veritatis & libertatis causam impugnantes. Oratio ad Carolum V. & alia quædam impressa cum secundo Tomo operum Lutheri: eiusdem præfatio in declamationem Laurentij Vallæ contra donationem Constantini, quæ impressa est Colonia cum Concilij Basiliensis descriptione anno Domini 1535. eiusdem epistolæ

stolæ aliquot de schismate extingüedo, & vera Ecclesiæ libertate asserenda: Oratio item exhortatoria ad Germanos Principes vt bellum Turcis inferant in 8. Bibl. Imp. Viennæ. Eius colloquia Germanica lingua in 4. ibidem: eiusdem dialogus Aula ad Henricum Stromerum Auuerbachum, medicum: Argentinæ in 8. apud Theobaldum Montanum anno 1559. Obiit Hutten<sup>9</sup> ætate florida anno Christi 1522. mense sextili, & sepultus est in lacus Tigurini in sulâ Vlnaviâ, à se Huttenicâ hodie denominatâ, quod elegantissime Ioannes Fabricius Montanus Poeta expressit in sequenti Epitaphio Hutteni manibus inscripto;

*Hæc quicunq; citâ decurris stagna carinâ,*

*Ponis & hoc nostro littore forte pedem:*

*Ingenio sic aura tuo, sic pareat vnda:*

*Perlege quæ saxo carmina sculpta vides.*

*Hoc equitum decus, hoc vatû Germaniæ ocellus,*

*HVTTENVVS iacio conditus in tumulo.*

*Ingenio dextraq; potens, dum vita manebat,*

*Musarum simul & Martis alumnus eram.*

*Cæsar Apollineâ cinxit mea tempora Lauro,*  
*Idem pro meritis nomen equestre dedit.*  
*Sæpe bonos mutare solum fortuna coegit,*  
*Magna quibus patria pœna carere fuit:*  
*Ast mea non alio tantum se iactat alumno*  
 FRANCIA, *nec meritis est male grata meis.*  
*Æger ad has veni Legatus Cæsaris oras,*  
*Cum me mors alias iussit inire vias.*  
*Ante, sepultura seruiret ut angulus iste,*  
*Quam morerer, sociis iussa suprema dedi.*  
*Arsiduis ubi me lugerent planctibus unda:*  
*Et gemerent plenis signa refusa vadis.*  
*Sertaq; vernarent tumulo natiua sub ipso,*  
*Et querula canerent flebile semper aues.*  
*Vade sed admonitu nostri spes contrahæ laxas:*  
*Quo minime credis stant tua fata loco.*



*Si Virtus, Doctrina, Usus Prudentia charum  
Efficiunt summis regibus esse virum*



*Ista tibi certe simul arrisere Bathylli  
Qui partes tanti Regis in urbe geris.*



**DIONYSIVS LEBEVS-BATIL-**  
*lius, Regius Præses Mediomatr. Iuris-*  
*consultus, & Poeta.*



**D**IONYSIVS Lebeus-Ba-  
 tillius natus est Tricassibus  
 vrbe Campaniæ (quam alij  
 Augustobonâ Tricassium  
 appellari volunt) anno 1551.  
 Mensis Nouemb. die 27.  
 parente vtroque nobili, solus ex quinque fra-  
 tribus reliquus & superstes, cum duabus sororibus,  
 Loyfa Marini Buissonij Cormonoclæi,  
 Ludouici & Henrici Condæorum Principū,  
 domus Magistri, eiusdemq; Principis Henrici  
 turmæ centum cataphractorum equitum ve-  
 xilliferi vidua, & Nicolea Sebastiani Brunelli  
 regij Secretarij, cōiuge. Prima literarum rudi-  
 menta posuit in vico Granuillæo ad v r. ab vr-  
 be milliare. Inde à parentibus reuocatus Lute-  
 tiamque missus Præceptore vsus est Philippo



Monautholio, clarissimo hodie inter Parisien-  
 ses Medico, vixq; bienniũ elapsum erat, cum  
 mater eius cum marito agit, vt eum Geneuam  
 ipse deduceret, quo facto, per quinquennium  
 ibi literis operam dedit sub Bertrando Salis  
 Burdigalensi, Antonio Fayo, Iobo Veratio, &  
 aliis bonarum artium Doctoribus, ab ipsis a-  
 matus plurimũ, vt & à Christophoro Principe  
 Palatino, Henrico à Sabaudia-Guernacheo,  
 Amilcare Thellignio & aliis primariis Scholæ  
 adulescentibus. Ibi etiam Franciscum Portam  
 Græca, & per aliquot dies Scrimgerum & Car-  
 pentarium ius publicè docentes nec nõ & Pe-  
 trum Ramum, tum quoque in Heluetia pere-  
 grinum, Orationem in Catilinam actione ple-  
 na animi, plena spiritus interpretantem, audi-  
 uit, quem & eundem Lufannæ Bernatum, an-  
 no M. D. LXX. Logicam illam suam priuatim  
 prælegentem, illi audire contigerat, in quem  
 tum hoc Epigrammate lusit:

*Cum patre defuncto Stagiritæ filia magni  
 Interfecta dolis contumulanda foret;*

*Fleuit,*

*Fleuit, & indignis quatiens sua pectora palmis,  
 Fatidico tales, fudit ab ore sonos:*

*Ergone Aristotelis cineres honor iste sequetur,  
 Ut iaceam extremo condita viua solo?*

*Sed supponar humo: sic nempe in luminis auras  
 Tolle se quamuis tardior ista seges.*

*Fortunate nepos, tibi nostro è semine Ramus  
 Nascetur, penetrans sydera celsa comis.*

*Hic in se referet Sophiam, Sophiæq; parentem,  
 Et fructus largos tempus in omne geret.*

Audiuit ibidem Blasium Marquardum, Claudium Alberium Triuncurianū, Petrum Nun-  
 nium Professores publicos, cum peste Geneue  
 sequente, eō se inde multi recepissent. Mox inde  
 Lutetiam cum iisdem condiscipulis Carolo  
 magno & Meueleto venit, vbi Iuri studere cœ-  
 perunt, non intermittentes tamen Dionysio  
 Lambino, Ramo, Ioanni Passeratio Tricassi-  
 no, Aurato & aliis regiis professoribus se trade-  
 re. donec sub initium anni M. D. LXXII. Va-  
 lentiam Cauarum ad Iacobum Cuiacium &  
 Franciscum Roaldæsum ius ciuile ibi magna

cum laude profitētes, missi sunt: sed paulo post secuta est clades illa noctis Bartholomeæ, quæ & Academiam illam nonnihil interturbavit, cæsis aliquot ciuibus, liberis tamē studiosis Iuris relictis, id accurante, fidemq; suam pro iis erga magistratū interponente Cuiacio: cumq; eō ex Italia aduenisset Ioannes Montlucius Episcopus Condonensis, Blasij Montlucij in Aquitania Proregis filius, qui omni comitate eū amplecti cœpit, hunc in Aquitaniam sub trās-currentem ætatem anni insequentis, secutus est, sequendum, si Deus dedisset, & in Poloniã cum Henrico Andium duce, Poloniæ Rege electo, ad quam profectiōnem maximè inuitabatur Episcopus ille à patruo Montlucio Episcopo Valētiano, qui Legationis Polonicæ ad Regnum Henrico conciliandum princeps fuerat: at Condonij graui periculosoque morbo affectus, demorari coactus est, dum eo releuatus Lutetiam & inde Valentiam iterū per Tricassios suos se contulit, vbi studiis absolutis Iuris vtriusque Doctoris insignia simul cum familiari & cōuictore charissimo Petro Poppeo

Barrefequanenſi accepit, illa ipſis plena manu, pleniore animo præbentibus clariffimis illis Doctoribus Cuiacio & Roaldæſo. Mox domum reuocatus cum Lugduni eſſet ( quo tẽpore Henricus Rex è Polonia Galliam ſuam repetebat ) à Ioanne Tornefio Typographo laudatiſſimo, cum quo amicitiam inierat, ſub eius nomine editus eſt *Petronius Arbitr*, ex veteribus membranis emendatior factus, cum in hoc ſuam operam libẽtiſſimè *Lebeus* noſter cõmodaſſet. Atq; ineũte anno M. D. LXXV. Lutetiam ſe ad forum & cauſas agendas contulit, in ſacramentum ſolitum eum Curie offerente optimo & doctiſſimo viro Antonio Oiſelo, in id munus à clariffimo Petro Pithæo Tricaſſino, cui *Lebeus* à parẽtib; commendatus fuerat, rogato. Cumq; tertio inde menſe primã cauſam in ampliffimo illo Senatu oraſſet, iam tum aliquod nomenq; decusq; inter eiufdem ætatis Cauſidicos gerere cõepit. Nec ita multo poſt Marchionatus Infulæ ad Tricaſſes, ditionis tum Catharinæ Borbonicę Henrici Principis Condæi, & Mariæ Cleuenſis filię, luridi-

cus constitutus est à Carolo Cardinali Borbonio, eiusdem Catharinæ maiori auunculo & tutore, in gratiam Dionysij Lebei-Batillij patris, & remunerationem officiorum & obsequiorum ab eo domui Cleuensi-Niurnensi à longo tempore præstitorū factus & apud Franciscum ducem Alenconium Regis Henrici fratrem, Libellorum supplicū Magister. Matrem amisit anno M.D.LXXIII. foeminā eximia animi magnitudine præstantissimam, de cuius virtutibus cognoscet, qui tumulum eius inter opuscula Musæ Christianæ à *Petro Poppæo* vernaculo sermone conscriptæ, legerit. Eodem anno duxit *Antonettam Bertinam*, Georgij Bertini consiliarij & Medici Regij filiam, cum qua partui proximâ, anno subsequenti bello Guisiano in bellum aduersus reformatos, finibus regni abstinere iussos, mutato, exilium patria sede mutauit, Mõtpelgardum primum cõcedens, vbi Colloquio illi, cuius acta publica sunt inter Theodorum Bezam, & Iacobum Andree Theologos interesse datum est, quodque designasse videtur Emblemate LXII. de

Hercule aduersus Cancrum depugnante. Inde Basileam, vbi inter alios amicitiam coluit Bonifacij Amerbachij, Theodori Zvvingeri (in cuius defuncti obitum & quædam Epigrammata scripsit, edita apud Conradū Waldtkirch cum Iconibus & elogiis clarorum virorum à Nicôlao Reufnero collectis) Guilielmi Arragosij Medici Cæsarei, Ioannis Alibosij archiatri regij, Odoardi Bizeti-charlæi, & Claudij Basini Tricassinorum, Petri Gualterij Chabotij, Iacobi Coatij & aliorum Gallorum, quos Petrus Neueletus-Doschius sua illa Basiliæ *ex-φερσά* nuper Francoforti apud Wechelios editâ, & ipsi Lebeo nostro dicatâ, recenset. Inde anno M. D. LXXXVII. ad Sammarianas fodinas, & sesquianno post in Metensium urbem, quo se ante receperat Bertinus socer, cum Ioanne Bertino sororio, quóque aduentare nunciabatur Carolus Luxenburgius Briennæ & Lignij Comes, Præfectus huius Prouincię futurus, ex vltronea abdicatione Ioannis Ludouici Nogarettij-Valettani. Espernonij ducis, cuius sororem duxit, & ex cuius domo Bertinus erat.

Hic priuatus biennium exegit, donec anno  
 M. D. XCI. à nostris ad eundem Espernonium  
 ducem in Aquitaniam amandatus, inde ad re-  
 gem tùm Rotomagum obsidentem, peractis  
 publicis negociis, ab eodem Rege eo magistra-  
 tu, quem nunc apud Mediomatricos gerit, au-  
 ctus est, in quo quantæ omnib. vtilitati sit, quæ  
 illius probitas & integritas, parciùs de eius lau-  
 de eo viuo dicturus, dicere omitto. Extat eius  
 libellus apud Abrahamum Fabrum hîc excu-  
 sus de priscis Assafinis cultelliferis, Gallico ser-  
 mone scriptus: Extat Emblematum, quæ à  
 suo Boissardo delinearî voluit, pars prima, à  
 Theodoro de Bry sculptore edita, ad quẽ pro-  
 pediem reliquorum, quæ ad ducenta sunt, &  
 amplius, partes alias daturum & spero & opto.  
 Iisdem (quæ clarissimo Philippo Morneço Ples-  
 siaco dedicauit.) addita est Paraphrasis ex di-  
 uersis optimorum quorumque autorum circa  
 eosdem sensus locis, ab eodem ingeniosissime  
 contexta. Scripta alia multa habet præ mani-  
 bus, Thesaurum linguæ Gallicæ, Kalendariũ  
 Historicum cum fastis omnium gentium; De  
 reli-

reliquiis Gigantium: De iis qui se pro aliis gesserunt. Historiam Scotiæ Gallicam factam ex Latinâ Buchanani; Petrarcham de remediis vtriusque fortunæ Gallice redditam; Poemata varia, Farraginem Prouerbiorum, Commentarios rerum Mediomatr. & alia, quibus lectis si in lucem venerint, licebit de eo illud Gregorij Theologi vsurpare:

*Γραφῶς διδάσκει τὸ πλεονῶντος ἐκτύποις.*

ita nunquã silent eius Musæ, ita hoc ocio (cuius non minus, quàm negotij rationem extare oportere dicebat Cato) tenet & statum & dignitatem suam, vt omne tempus subsocium in quærendo, discendo, & scribendo cõsumat, tãtus est innatus in eo cognitionis amor & scientiæ: tantus ardor studij, tãm inexhausta auiditas legendi, vt fatiari non possit. Quid verò? (inquit Marcus Piso apud Ciceronem) qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne videmus eos nec valetudinis nec rei familiaris habere rationem, omniaq; perpeti ipsa cognitione & scientia captos? & cum maximis curis & laboribus compensare eam quam ex

G      discen-



discendo capiant voluptatem, mihi quidem  
 Homerus huiusmodi quiddã vidisse videtur,  
 in iis, quæ de Syrenum cantibus finxerat. Neq;  
 enim vocum suauitate videntur aut nouitate  
 quadam & varietate cantandi reuocare eos so-  
 litã, qui præteruehebantur, sed quia multa se  
 scire profitebantur, vt homines ad earum saxa  
 discendi cupiditate adhærescerent: ita enim in-  
 uitauit Vlysseni:

*O decus Argolicum, qui puppim flectis Vlysses,  
 Auribus vt nostros possis cognoscere cantus?*

*Nam nemo hæc vnquam est transuectus ca-  
 rula cursu*

*Quin prius adstiterit vocũ dulcedine captus:  
 Post varijs auido satiatus pectore Musis  
 Doctior ad patrias lapsus penetrauerit oras.*





*Vt legit Libros Gualteri Phoebus, hic, inquit,  
Solus habet Flacci pectora dia mei.*



PETRVS GVALTERIVS

*Chabotius.*



QVOD mihi iam inde vsq;  
 ab ingressu huius operis  
 fuit in animo commen-  
 dare literarum studiosis  
 recta & honesta variarũ  
 virtutum studia, vitis ac  
 moribus virorum præ-  
 fertim eruditorum ante  
 oculos eorum coràm positis: quo maiores eo-  
 rum animos facerem, atque ad consimilia his  
 studia vehemēter colendum excitarem. Idem  
 nunc quoque mihi præstandum videtur, vita  
 & moribus Petri Gualterij Chabotij ijsdem  
 hic propositis, valde tamen, quod superstes es-  
 set recusantis. Id autem eò libentiùs equidem  
 feci, quod vetus & summa inter nos necessitu-  
 do, & hominis dignitas gratam istius nominis  
 commemorationem posteris à me tali officio

G 3 requi-

requireret. Vnde mihi data est copia facilius & veriùs de ijsdem existimandi, penitusque cernendi, quali ipse ingenio esse possit. Itaque primus huiusce considerationis gradus secūdum Deum opt Max. è sapientum virorum sententiis naturæ debetur, alter doctrine, tertius moribus, quartus denique commodis & incommodis, quæ ex illis consequi solent. Quod cum ita sit, ex eiusdem naturæ arbitrio tam est certū, quam quod certissimum, hæc, patriam, parentes, totumq; animi & corporis habitum pendere.

Patria igitur Petri Gualterij Chabotij, cuius effigies non tam corporis quam humanitatis & probitatis hic expressa oculis cernitur, fuit oppidulum nomine Sanlupum, in agro Pictauino situm, & ab his tribus oppidis Parthenço, Thoartio & Monconturio tria circiter Aquitania miliaria distitum. Parentes quoq; ipsius minus, quam ipsum solum, noti fuerunt. Non idcirco tamen si familia ipsorum, aut loci, aut natalium obscuritate, aut possessionis cōditione minus celebris visa est multis, desit apud  
popu-

populares suos, & morum probitate atque famæ commendatione, honestatē nominis habere. Vnde non iniusta illi defuit causa, de iisdem hocse versus more Flaccij vsurpandi:

*Nil me pœnitet sanum patris huius;*

& cuius sine arrogantia metu proponendi,

*Ut quantum generi demat virtutibus addat.*

Quippe qui olim sæpe sapientum apophthegma legisset, *Non ciuitate ciuem, nec domo dominum, sed ciue ciuitatem, & domino domum esse honestandam:* atque adeò miserum esse alienæ incumbere famæ. Patrem eiusdem audio fuisse Petrum Gualterium, Pancratij Gualterij filium, & matrem Ioannam Chabotiam. Chabotij F. Elæopolas. E quibus verò, quo & eius anni mense, qua & cuius diei horâ in primam huius lucis vsurâ prodierit, nihil omnino mândatum scriptis est repertum, sed fando tantum à propinquis multisq; vicinis acceptū, ipsius ortum sub 1516. cecidisse. De quo quidem horæ natalitiæ momento nihil postea ipse dicitur laborasse, ne qua fortassis eundem anxia cupiditas adeundi & consulendi fatidicos incesseret,

ret, è quibus sollicita percōtatione postea quæ-  
reret de certo vitæ curriculo atq; euentis ipsi  
futuris. Vnde præter Prophetarum oracula hi  
versus Sibyllæ è Græco conuersi atq; vulgo ia-  
ctati debent animos Christianorum procul se  
vocare.

*Neq; in Chaldæorum prædictionibus versen-  
tur,*

*Neq; scientiam astrorum tractent. Sunt enim  
omnia fallacia.*

Quod pluribus hic probandum mihi vide-  
tur, hisce præsertim temporibus & hominum  
moribus, propter nonnullos ex his, talibus  
promantijs Matheleos mancipatos, atq; tanta  
stultitia obcæcatos, vt ijdem conuersionibus  
orbium cœlestium (quales Ouidius describit  
lib.2. Metamorphoseos:

*Adde quod assidua rapitur vertigine cœlum,*

*Sydera q; alta trahit, celeri q; volumine versat.)*

tantam impie tribuāt vim in corpora inferio-  
ra, vt quæ diuiniore ex Philosophis verè ac-  
piè Deo Opt. Max. adscripserūt, quod vigeat,  
quod sentiat, quod meminerit, quod præui-  
deat,

deat, quod tam gerat & moderetur id corpus, cui præpositus est, quàm hunc mundū administraret; huic detracta impio sacrilegio rebus ab ipso creatis & animæ expertibus attribuere minime vereatur. Vnde homines sic obcæcati primùm lib. 2. de diuinationibus à Cicerone merito seuocantur in prædictione & notatione cuiusq; vitæ ex natali die minime Chaldeis credendum esse, idq; ex disputatione Eudoxi apertè docetur. Huius deniq; rei demonstratio cognosci potest ex altera disputatione Phauotini apud Aulum Gellium, cap. 1. libr. 14. qui philosophos deterrere volens ac depellere adolentes à Genethliacis istis, & quibusdam id genus, qui artibus prodigiosis futura omnia dicturos se pollicentur, nullo pacto adeundos consulendosque huiusmodi argumentis concludebat.

*Aut aduersa, inquit, euentura dicunt, aut prospera.*

*Si dicunt prospera & fallunt, miser fies frustra expectando.*

*Si aduersa dicunt & metiuntur, miser fies frustra timendo.*



*Si vera respondent, eaq<sub>2</sub> sunt nō prospera, iam  
inde*

*Ex animo miser fies, anteq̃ è fato fias.*

*Si felicia promittunt, eaq<sub>3</sub> euentura sunt, tunc  
plane*

*Duo erunt incommoda : & expectatio te spei  
suspensum fatigabit,*

*Et futurum gaudij fructum spes tibi deflorauerit.*

*Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi ho-  
minibus, res futuras*

*Præfagire vane studentibus.*

Tertio Cornelius Tacitus lib. 17. sic depingit Mathematicos; hoc genus hominū est potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostra vetabitur semper. Idem Historicus lib. 2. Annalium: Senatus consultum factum est sub Claudio de Mathematicis ex Italia pellendis. E quorum numero L. Pituanus de saxo Tarpeio deturbatus est, quod cum admiratione ac potius cum irrisione spectantium meritissime omnium exceptum est: quod is qui soleret alijs prænunciare futura, non sibi præsen-

præsensisse, & præcauisse euenturum eiusmodi exitium potuerit. Eodem spectant plura scriptorum testimonia, de veritate Fatidicorum tam diuina, quàm humana, in eiusdem prælectionibus ad Oden *11. lib. 1. Tu ne quasi-eris scire &c.* Postremò quam fuerit verus & pius Michaelis Hospitalij Franciæ Cancellarij de talibus promãticis sensus, Epistola eiusdem libro 3. incipiens; *Cum te nostra diu &c.* ad Carolum Lotharingum Cardinalem Romam profectum aperte sub mediũ loquitur, & laudem huius vniuersitatis regendæ ac gubernandæ sic impio sacrilegio detractam Deo graui-ter conqueritur.

*Impia nam tota dominatur in vrbe Mathe-  
sis:*

*Chaldei volitantq<sub>3</sub> domos, atq<sub>3</sub> atria circum  
Tempus ab his certusque dies horæque petun-  
tur:*

*Et fortuna salusque hominum dependet ab a-  
stris.*

*Sic translata Deo, rerumque hominumque sa-  
tore,*

*Omnis ad expertes animæ res gloria transit.*

Porro huius senis ætates primæ, pueritia & adolescentia fuerunt Sanlupi, partim in Grammaticis Latinis leuiter contritæ & occupatæ, partim in domesticis negotijs procurandis, vt qui natus esset sex aliorum fratrum maximus. Inde sub annum quartum & vicesimum ætatis, desiderio addiscendæ linguæ Græcæ Pictauium abductus fuit. Sed ibidem vix tres Menses dicitur exegisse, cum ecce à primarijs suorū popularium in patriam ad moderandum Sanlupensium adolescentiã inde reuocatur. Quo quidem munere sexenniū illum perfunctum cupiditas maior priore proficiscendi ad celeberrimam Lutetiæ Academiam cepit. à qua quidem profectio, cum patrij Sacerdotes precibus matris Chabotianæ subornati eum deterrere atq; auocare conarentur, propositis itineris longi & periculosi difficultatibus, & sacerdotio in patria remanenti promisso, si eius ordinis esse vellet, respondit: Se ex Epistola D. Hieronymi ad Paulinum didicisse, præcipuas Sacerdotis partes esse, vt si quando ipse de aliquo,

quo, vel fidei, vel legis, vel Sacramentorū capite, vel deniq; de aliquo alio sacrae scripturae communi loco interrogetur, ex officio debeat ad interrogata congruenter Euangelicae veritati respondere: sicut nomen Sacerdotis Latini & Hierophantæ Græcum videntur præferre. quale docendi munus, qui aut per segnitiam, aut per imperitiam nō explere curat, nec potest, ex Ezechiele discat grauissimas pœnas à Deo ipsum manere. Quare meritó subijciebat: Vbi ego talem facultatem Lutetiæ percepero, in patriam Deo fauente rediturus, atque tum votis parentum, & amicorum desiderio satisfacturus sum.

Suscepta est tandem profectio & peracta anno 1546. mense Octobri, atq; ætatis ipsius circiter trigesimo. Inde tres proximos habitacionis ab aduentu ipsius in urbem annos, & sex menses posuit in Philosophia, quam Audomarus Talæus, & Petrus Ramus eloquentiâ horis die bipartitis in Gymnasio Prælæo profitebantur, ingenti auditorio & frequenti. Quo temporis spacio ex legibus Academiae Parisiensis

confecto titulum Magiftri Philofophici adeptus eft. Ex eo nulla prope mora interpofta fuit, quin complures honeftarum familiarum liberi in ipfius difciplinam traditi fint. Quos tandiu docuit, dum tertio ciuili bello ex commendatione pædonomiæ Gualterianæ, tanquam è quodâ fonte, profluxit ad hominum famam: atque hinc etiam ad exiftimationem D. Michaelis Hospitalij Franciæ Cancellarij dimanauit: qui mox negociũ dedit regiis Profefforibus Petro Ramo & Ioanni Mercero illi Eloquentiæ & Philofophiæ, huic literarũ Hebraicarum, vt ex illo percontarentur, an fufcipere vellet prouinciam ſex ipfius Nepotes rure ad tempus aliquod inftituendi. Ille verò tantæ perfonæ requirentis autoritate, tamq; amico internunciorum hortatu facile impulfus conditionem accepit, atque in ea duodecim annos permansit, quinque ſuperſtite Cancellario, & reliquos ſeptem eodem non ſine multis omnium bonorũ querelis deſiderato. Totum autem illud temporis ſpacium in foceri & generi D. Bellebatij rufticis ædibus, dum Gal-

Gallia incendio discordiæ ciuilibis miserè conflagraret, traductum fuit.

Porro de animi & corporis habitu, simulq; de doctrina & moribus nihil est nominatim traditum. Ex ipsius tamè prælectionibus in omnia Q. Horatij Flacci Poemata tanquam ex fructuosis Indicibus non mediocriter probatis, bona talium qualitatum pars, earumq; laudabilium se passim aperit, atq; inde colligi facile potest. Vnde quam studiosus ille fuerit virtutis, optime cuius perspicere licet. Cuius vna prudentia si non in moralibus virtutibus numeratur, quod tātum in delectu bonorum & malorum cernatur, & virtus mentis habeatur, à prouidendo Ciceroni dicta, vnde oculus animæ à Platone in Menone vocatur, cuius vnus comitatu homines ducuntur ad recte agendum, eius tamen semina passim in iisdem prælectionibus conspiciuntur sparsa. Ex eo Gualterius cognoscitur non paucus iustitiæ cultor fuisse: primum cum in eodem Poemate animaduertit Ethnicos scriptores veram conditæ huius vniuersitatis & conseruatæ atque

H adm-

administratæ, laudem tribuere Deastris suis detractam per detestabile sacrilegium Deo vero, & in sancta Triade vni, id impie nefarieque factum grauius indignatur, atq; Lectores taliū locorum ab hoc iniustitię atque impietatis genere, quantum in ipso esse potest, deterrere in primis studet: præmonens Deum compensare solitum tarditatem suæ vindictæ, acerbitate supplicij, nō multo post futuri reis talis impietatis. Deinde quod ibidem debitum veteribus huius Vatis interpretibus grate deferat honorem, tametsi aliam ab iis iniisse viam, & rationem interpretandi videtur: Quod vsus trium organicarum artium, Dialecticæ, Grāmaticæ Rhetoricæ, pro ipsius modulo, p̄ter alios interpretes declaret. Vbi in frōte singularum Odarum, Satyrarum, Epistolarum, præcipuam collocat rei propositæ quæstionem, ad quam arguendam, tanquam sagittam, ad scopum petendum, primum collimat, argumēta singula simpliciter disponendo, id est, axiomaticōs enunciando, & si fieri potest, dianoeticōs colligendo. Quæ etiā Methodo vsus sit autor propositus

positus explicando; Deinde quibus ex verbis,  
 proprijsne, quorum proprietates solâ Gram-  
 matica interpretari debet, an tropo aliquo  
 immutatis constent axiomata ipsius autoris  
 singula; Postremò quæ & quot figuræ tam di-  
 ctionis quam sententiæ sint adhibitæ. Horum  
 certe obseruationem ille jure sibi potest sine  
 controuersia vindicare, nihil ex ista laude quis-  
 quam è veteribus huius Lyrici Poetæ explana-  
 toribus ei sine iniuria decerpere potest, cuius  
 quidem possessio iam inde vsque ab anno 1573.  
 ante obitum D. Michaelis Hospitalij adita fue-  
 rat. Sed huiusmodi tempestates in Gallia sunt  
 consecutæ, vt dominus talium prælectionum  
 intermittere Operis editionem vsq; ad annum  
 1587. coactus sit, quæ tandem Basileæ per Le-  
 onhardum Ostenium Typographum, emissæ  
 interiectum 14. annorum habuerunt. Ad hæc  
 notæ Grammaticæ, quæ videntur relinqui cõ-  
 munes & veterum & recentium interpretum,  
 habent in prælectionibus Gualterianis, quod  
 eximi debeat ex illâ communionem, id Varroni  
 & Fab. Quintiliano dicitur originatio, ea est



notatio Ciceroni, quæ frequenter ac fere passim hic obseruatur, tam in Græcis vocibus, quàm Latinis, quarum etyma, quantū ipse studeam mecum recolere, non equidem facile possum recordari, vtrum aliquando in alijs huius Poetæ, nisi per pauca, explanatoribus, legerim. Quod cū ita sit, non temere inquisitio & investigatio talis, originationis proprie & merito mihi videtur soli Gualterio attribuenda. Fortitudinis quoq; hic senex quandam speciem præbuit, iam inde ab inceptione Horatianæ interpretationis, vt præfatio eiusdem ante librum Carminum indicauit, quod quamuis longe animo perspiceret, opus institutū, multarum fore vigiliarum & laborum, ad id tamē fortiter aggrediendum, omnium istorum difficultatem neglexit. Illud etiam non demissum fuisse animi nemo negauerit, quod nonnulli de perfecta iam & absoluta superiorum interpretum explanatione sic firmissimè asseuerāt: neminem hodie nisi impudēter temerarium, post eruditas tot doctorum interpretationes posse quicquam explanationis nouæ in Lyricum

cum Poetam tentare; quin actum agere iudicetur. Istud quidem obiectum licebit credo Gualterio, per veniam candidi Lectoris diluere, si ad illud Seirachidæ exemplum cap. 13. licet videatur esse argumenti longe huic dissimilis, ostenderit primū se conformasse. *Quantquam ego nouissimus euigilauī, tanquam racemator post vindemiatores, profeci tamē per gratiam domini, & perinde atq; vindemiator lacum impleui. Considerate me nō mihi soli laborasse, sed omnibus ijs, qui disciplinam quærūt.* Deinde cōsiliū & auctoritatem D. Augustini cap. 1. lib. 1. de Trinitate in suo instituto secutum esse: *Vtile est*, ait hic doctor, *ijsdem de rebus plures à pluribus diuerso stylo fieri libros, ut lumen unius videatur alterius tenebris.* Huc postremò accedit illud Ausonij ad Symmachum: *Alius alio plura inuenire potest, nemo omnia.* Quantæ verò diuersitatis atq; differentiæ sint priores Q. Horatij explanatores ab hoc, cuius forma est hic Lectori depicta, non est admodum opus acie intentione ad diiudicandum. Cuius enim vel mediocriter docto facile totus genere inter-

ptationis ab illis diuersus videbitur. Affectus  
 autem animi tam confidentis extitit illi præci-  
 pue ex approbatione Dn. Michaelis Hospita-  
 lij, collectâ, de quadam analysi vnus & alterius  
 Odes, quondam Nepotibus ipsius dictatâ, vt  
 in Præfatione ante Odas fuit cōmemoratum.  
 Idem præterea habitus animi eluxit in eo ma-  
 xime per naufragium recularum suarū & cur-  
 tæ supellectilis ter diuersis belli ciuilibis tēpori-  
 bus, factum, patienterq; ac fortiter, per alleua-  
 tionem diuini spiritus acceptum. Quod ali-  
 quando si Deus permiserit, publicæ posterita-  
 tis memoriæ tradetur, atque imprimis postre-  
 mum, vt alijs duobus primis grauioris anxie-  
 tatis & dispendij, cuius eiectione illum au-  
 dio nondum grauib; curis & laboribus, an-  
 xietateq; iure persequendi defunctū esse. Huic  
 inferetur per quandam Historiæ speciem, ma-  
 ximum capitis & vitæ periculum, extremum-  
 que pene discrimen, in quod multis visus est  
 diuersis tempestatibus sæpe adductus. Quæ  
 præterea temperantiæ documenta ille pau-  
 cis familiaribus atque discipulis dedit? Hi  
 certo retulerunt, eum ita semper temperatis

moderatisque moribus fuisse, vt victu & reli-  
 quo vitæ cultu pertenui vti continenter visus  
 sit: identidē illud Scirachidæ vsurpans: *Quam  
 pauca honeste instituto sufficiunt: Vinitur pauco  
 bene:* illud quoque Hippocratis 6. epidemiôn:  
*adsit proba exercitatio, satietas vitetur, labor im-  
 pigre adeatur:* illud deniq; grata recordatione  
 sæpe recolens è Seneca Philosopho: *Hanc sa-  
 nam & salubrem vitæ formam teneto, vt corpori  
 tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini sa-  
 tis est, durius tractandum est, ne animo male pa-  
 reat: Cibus famē sedet, potio sitim extinguat: Ve-  
 stis arceat frigus, domus munimentum aduersus  
 infesta corpori, hanc vtrum cespes euexit an vari-  
 us lapis gentis alienæ nihil interest, scito hominem  
 tam bene culmo quam auro tegi: contemne omnia  
 quæ superuacaneus labor velut ornamentum ac  
 decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse  
 mirabile, cui magno nihil magnum est.* Ex his fa-  
 cile cognoscit Lector, cum in vario disciplina-  
 rum genere feliciter versatum. Sed idem mul-  
 to clarius ex ipsius Prælectionibus in Horatiū  
 Lyricum Poetam intelliget, si in earum lectio-

nem inciderit. Tale porrò Temperantiæ studium extitit illi causa, cur semper vel iuuenis interesse sodalitatibus epulisque amplissimis pertinaciter recusarit. Thamyres, solarium, Campum Martiũ, alias deniq; celebres vrbiũ plateas rarò frequentauit, quo populus percupidè peruenire solet confabulandi multoque cupidine rumusculos aucupandi gratia. Ille adè solitudine delectatus est, vt meritò audire apud quosdam videatur, paucorũ hominum pauciq; sermonis homo : de quo sæpe à me & ab alijs amicis admonitus, id vitio asperæ cuiusdam naturæ, humanamq; societatem exorsæ verti solitum, grate respondit: Non equidem sum inscius *sic solitudinẽ & frequentiam vt motum & quietem ad conseruationem bonæ valetudinis miscenda & alteranda esse, vt solitudo sanet odium turbæ, & turbæ leuet tædium solitudinis: illa nobis faciet hominum desiderium, hæc nostri, & erit altera alterius remedium, nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda, atq; post inde in eremia & seductu tranquillo alacriter reponenda.*

Verum enimuerò etsi probe factus essem  
 natura, vt illis consimilia possem inoffensus  
 exequi decenter, præsens tamen corporis mei  
 habitus inde retrahere me necessario deberet:  
 crebra meiendi orexis, audiendi grauitas, mã-  
 dendi imbecillitas, frequens alternatio deam-  
 bulandi & conquiescendi propter ramices in-  
 guinum, quorum affectuum primus à cõgres-  
 su secessum requirit, alter aut taciturnitate, aut  
 absurda ad propositum responsione auditorẽ  
 suspensum fatigat: tertius cibos molles & cõ-  
 cisos auide inhiat: quartus deniq; socium al-  
 terutrius aut deambulandi aut requiescendi  
 cogitur subinde quærere. Cuius quidem qua-  
 druplicis casus neminem puto reperiri posse,  
 quem sic affectum non suppuderet colendæ  
 cuiusdam societatis. Ad extremum hac viuẽ-  
 di ratione continentiâ & abstinentiâ Deus Opt.  
 Max. eum cælibem perduxit ad ætatem octo-  
 genariam satis adhuc per superiores affectus  
 tolerabilem. In qua quisq; si iuuenis bene vi-  
 uere studuerit, debet etiam atque etiam senex  
 cogitare vt bene tandem moriatur: Bene au-  
 tem

tem mori hic interpretamur nō morē Stoicæ  
 sectæ, rigidissimæ alioquin virtutum custodis,  
 cum quis effugerit male viuendi periculum,  
 sed ritu diuinæ ac cœlestis Philosophiæ, cum  
 quis præsidio fidei in Iesum munitus, & per e-  
 undem misericordia Dei fretus & innixus ab  
 hac terrestri & caducâ vitâ fidenti animo in  
 cœlestem & æternam transferit. Vnde postre-  
 mus illius actus, tanquam Comœdiæ, poterit  
 meritò lætus & plausibilis prædicari: atque  
 adeò non inutilis documento reliquorum su-  
 perstitū recte iudicari. Porrò edita est eiusdem  
 Chabotij Pictonis Sanlupensis expositio ana-  
 lytica & breuis, in vniuersum Q. Horatij Flac-  
 ci poema, ex ipsius Cōmentarijs maiorum vi-  
 giliarum ac triplicis artificij breuiter exscripta,  
 vtiliterq; ad sensum vatis facile exprimēdum,  
 & ad memoriam Lectoris non mediocriter  
 iuuandam accommodata, in octauo Parisijs  
 anno M. D. LXXXII.









IOANNES POSTHIUS  
MEDICVS.



IOANNES Posthius  
aulæ Palatinæ Archiater,  
vir omni genere literaturę  
excultissimus, non Medi-  
cinæ solū, sed & vniuersæ  
Philosophiæ secreta ex-  
acte callēs, & Poeta doctif-

simus, nascitur Germersheimij, in vrbe Pala-  
tinatus ad Rhenum anno 1537. parentibus Io-  
anne Posthio, eius vrbis ciue honorato & An-  
na Vilmanna à Zeisheim: qui cum puer infi-  
gnia felicis indolis redderet testimonia, annum  
tam agens nonum institutioni Ludimagistri in  
patria cōmittitur. adultior deinde factus mit-  
titur Heidelbergam ad Nicrum Academiam  
illustrem, vbi viri doctissimi Thomas Erastus  
Medicus & Philosophus eruditissimus, Pe-  
trusq; Lotichius Poeta inter Germanos suo tē-  
pore primus, alijq; permulti viri doctrinā illu-

stres viuebant. Horum familiaritate & amicitia per *annos duodecim* continuos tantum in bonis disciplinis profecit, vt cum eruditis quibusq; conferre posset: pronus enim in studia & inuestigationem rerum naturalium ferebatur, vt erat promptus, solers & vigilans, quiq; nulli labori parceret, quo posset ad cognitione abstrusioris Philosophiæ peruenire. Ideò cum nullam literaturæ partem intactam reliquerit, peculiari tãdem instinctu medicinam elegit, in qua se totum exerceret: quod eius perfecta cognitio cõstet scientiæ rerum diuinarum humanarumq;. Huic vt commodius & maiorem profectu vacare posset, Germaniam relinquens in Italiam iter suscepit, Patauium potissimum, vbi celeberrimi totius orbis videntur medici: stimulabatur enim peculiari desiderio videndi nationes exteras, & ex cõuersatione familiari cū doctissimis quibusq; animū polire; quippe vt erat ingenio excitato, prompto, alacri, aperto & candido, moribusq; commodis, nihil nisi arduum meditabatur moliebaturq;. In Italiam igitur profectus doctissimis

fese associavit, qui potissimū in facultate Medicā operam impendebant. In horto Simplicium (cui præerat longa experiētiā, peregrinationibusq; in Oriētem susceptis celebris ac singulari comitate præditus Guilandinus) assidue versabatur, discens continua scrutatione vires & virtutes herbarum, quoque modo præparari, ex ijs succi elici, & quibus morbis applicari possent. Cumque Patauij aliquandiu hæssisset, vltius progrediendi studio raptus, Venetias Medoaco secundo descēdens peruenit, lustrataq; diligenter ea vrbe (quam non absurde Accius Sincerus cum Roma cōferens, Romam Ioui, Venetias Neptuno tribuit, & Epigramma hoc versu iucunde claudit:

*Illam homines dicas hanc posuisse Deos.*

Hadriacum mare nauigans ad Faletū naufragium passus de vita periclitatus est, sed Dei beneficio ex hac tempestate ereptus Bononiam iter conuertit: vbi postquam aliquandiu moratus esset, Apenninum traiciēs Florentiam venit, deinde Senas, vbi arētissima necessitate & amicitia conuersatus est cum Ioanne

Scora & Francisco Boninsignio Medico præstantissimo : neque his contentus, vt erat animo ad Poesin procliui, in qua tantos iam profectus fecerat, vt dulci carminum harmoniæ omnes in sui amorem & admirationem pelliceret, Camillum Falconetum Poetam insignē cōuenit, & cum eo de metrorum varietate seriò contulit. Paulo post Romam profectus nihil prius habuit, quàm cum Marco Antonio Mureto Gallo, cum Laurentio Gambarà Brixiano de studijs bonarum literarum communicare, & cum alijs plurimis literatis viris, quibus Roma semper abundauit, maxime cum magno illo & illustri tam generis nobilitate, quàm doctrinâ Fuluio Ursino, qui peregrinū neminem literatum à se dimittere solitus est, quin de eo bene mereri studuerit. Postquam itaque inter Italos biennio integro mansisset, Iustrassetq; solerti indagine, quæcunque in illa florentissima Europæ parte conspiciuntur, Ligustico mari in Galliam profectionem suscepit, atq; in ea nauigatione in pyratas Turcicos incidens, parum abfuit, quin latronū præda factus,

factus, ad triremes daretur, vel misera lamentabiliq; seruitute reliquum tempus vitæ exigeret. Nautarum tamen sedulitate & tenebris nocturnis adiutum Deus misericors vento secundo ad Massiliensem portum cōpulit, vbi aliquot diebus corporis vires navigatione difficili debilitatas refecit, & inde Montem Pessulanum celeberrimam Galliæ Academiam properavit, vbi auditor fuit Guilielmi Rondeletij, Antonij Saportæ, & Laurentij Iuberti, qui eo tempore Medicinam summa auditorū frequētia & laude docebant & faciebant. Mōte Pessulano Parisios se contulit, idemq; præstitit in ea vrbe, quod hæctenus fecerat in Italia & alibi, nempe ex frequentatione virorum doctorū, tanquam apis sedula, animum expolians omni sciētia & virtutibus, quæ ad hanc humanam societatem conducunt. Postquam autem summa cū laude Doctoratus insignia accepisset, Galliam reliquit & in Belgium venit, atque in florentissima illa Brabantia civitate Antuerpiana sesquiennium praxin medicam exercuit, omnibus propter singularem doctri-


doctrinam successum in Medicina felicem, facilitatemq; & candorem morū acceptissimus. Ibi Germanis Mercatoribus (qui ex omnibus Germaniæ locis in illud celeberrimum Emporium frequentes conueniunt) statim innotuit; qui eius famam longe lateque publicarunt, factumque est, vt ab Episcopo Duce Franconiæ Herbipolim ad Mœnum euocatus, primariū inter Medicos locum adeptus sit per annos septendecim. Vbi vxorem duxit Rosinam, Virginem lectissimam, Chiliani Brosameri filiam. Puella quod esset clavis nata parentibus, singularibusq; corporis animiq; dotibus excultissima, vnice à Posthio dilecta est, quam ipse deinceps ad imitationem antiquorum Poetarū doctissimis & lepidissimis suis carminibus sub nomine Blandinæ celebrauit, vt testantur poemata illius tersissima, quæ hodie manibus doctorum passim versantur. Ex hac Posthius dum adhuc esset VVirteburgi filium suscepit Erasmum, etiam nū superstitē. In ea vrbe (præter Episcopum aliosq; optimates) intima amicitia semper vsus est Erasmi Neusteteri Equi-  
tis

tis Franci Canonici VVirzburgenſis & Bambergēſis, Decanūq; Coburgēſis, hominis eruditiffimi & de literatis omnib<sup>9</sup> optime meriti, cuius fauore & patrociniſ in omnibus uſus eſt, quandiu apud Herbipolitanos vixit. Atq; pro acceptis beneficijs ne ingratus aut immemor iudicaretur, illi ſua Poemata dedicauit. Præter hunc habuit amicum Muſis & Apollini cariffimum virum Nithardū Tungenum VVirzburgenſis Eccleſiæ Decanum, & Conradū Dinnerum Acronianum plurimoſq; alios inſignes viros, tam Eccleſiaſtici quam Politici ordinis, quos ſingulari ſtudio coluit & ab ijs mutua beneuolentia cultus eſt. Cum ergo nomen eius per vniuerſam Germaniam celebre redditum eſſet, vt eius doctrina honorariâ aliquâ mercede compenſaretur, Rudolphus II. Romanorum Imp. illum laureâ poeticâ vltro donauit. Demum Heidelbergam ad Nicrum accerſitus eſt à Friderico Electore Principe Palatino, vbi Archiatri munere magna cum laude functus, opibus, honoribus & bonorum omnium amicitia abunde cumulabatur. Vir



comitate & integritate vitæ nulli secundus, corpore gracili, statura mediocri, ac quod dolendum erat, valetudine parum firmâ, quem & podagra subinde afflixit, impedijtq; doctas illas meditationes, quibus suum nomē doctis scriptis posteritati cōmendabat. scripsit enim omnibus doctis laudatissima poemata, quæ inscripsit Parerga poetica. Extant etiam eiusdem hymni super Euangelia dominicalia, Rhithmis Germanicis ab eodem cōpositi. Itē obseruationes quædam Anatomicæ, & alia multa ad artem Medicam pertinentia, quæ cum plausu & Medicorum vtilitate leguntur. Obijt Heidelbergæ Anno 1597. Mense Augusto.







CIVIS ROMANVS PAVL. MELISS'

FRANC. COMES

Teutonicj Vates Veniant et pignore certent  
Victor erit culto carmine Francus olor.

*PAVLVS MELISSVS SCHE-  
DIVS FR. EQ. ET POETA.*

**P**AVLVVS MELISSVS Schedius, Anno Christi 1539. die 20. Decembr. feſ- qui horâ ante meridië, ſub eleuatione graduum 50. in lucem editus Mekrichſtatũ habuit Patriam, ab ipſo Alhipolim dictam, oppidum Franconiæ orientalis. Patrem habuit Balthaſarem Schedium, Matrem Otiliam Meliſſam, Polichios & Mergiletos conſanguinitate attingentem. Meliſſus autem anno ætatis ſeptimo primũ frequentare cepit Scholam publicam in patriâ, puer indolis promptiſſimæ, & qui parentibus optimam tum de ſe præbuerit ſpem, ad Poëſim & Muſicam admodũ pronus, vt & ad picturam. Deinde ætate prouectior poſt bellum Marchionicũ Erphordiam profectus Chriſtophorum Hofmannũ audiuit: Poſt Cygneam Miſniorum urbem ad

Moldauam amnem adiit, vbi vixit ab anno 1554. vsq; ad 1557. Erasmo Rudingero Pabenbergensi, Ioachimi Camerarij genero Præceptore vsus. Hinc lenæ Tyringorum audiuit Victorinum Strigelium, in Dialecticis, Ioannem Stigelium, in Poesi, aliosq; viros doctissimos. Anno 1561. Danubio descendens Viennam Austriæ profectus, in græcis auditor fuit Georgij Tanneri I. C. & VVolfgangi Lazij Historici familiaritate suauissime vsus est, coniunctissimus simul Casparo Cropacio Poetæ laureato, ante condiscipulo eius Cygneæ, vbi & Olorem suauissima cantantem audiuisse se & vidisse asseuerat. aluntur enim in fossarum vrbis aqua limpidissimâ stagnante cygni complures. Is dum in Archigymnasio Viennensi viueret, creatur à Ferdinando Romanorū Imp. Poeta laureatus, & inter nobiles refertur, qui honos illi collatus est postridie Kal. Maij anno 1564. erat enim Melissa tum Imperatori & filio eius Maximiliano II. gratus, tum Consiliarijs, præcipue verò Seldio & Zasio, maximæ autoritatis viris, carissimus non solum propter doctri-

doctrinam & virtutes eximias, sed & propter mores castos, pudicos & ad omnem honestatem compositos. Ab obitu Ferdinandi Imp. contulit se Pragam Bohemiæ. Illinc discedens & Albi flumine descendens V Vittebergam venit, inque conuictu Pauli Eberi viuens, ibi Vitum Ortelium V Vinshemiũ in Græcis & Casparum Peucerũ, Philippi Melanchthonis generum, in Historicis, Rudigerum, in Physicis, & Ioannẽ Maiorem in Poesi audiuit. Mox Lipsiæ constitutus, Ioachimi Camerarij auditor fuit, quo in loco cum degeret, literis Friderici, Episcopi V Virzburgensis euocatur in aulam V Virzburgensem. verum haud multũ illic moratus in Austriam se recepit, & in aulã Maximiliani II. Rom. Imper. per biennium vixit, prefectus quadraginta duobus armigeris adolescentibus nobilibus, inter quos erant complures illustri genere nati. Interfuit Comitij Augustanis Anno 1566. operãque Hieronymi V Volfij viri eruditissimi, peruenit ad noticiaẽ Ioannis Baptistæ Heinzelij Consulis. Æstate illã Liber primus illius Cantionum Harmoni-

monicarum typis excusus publice prodijt.  
 Sub eodem Maximiliano Imperatore militauit  
 in Hungaria, vbi & patruelles duo ipsius,  
 Ioannis filij, aderant, Martinus nempe Schedius,  
 qui ante fuerat signifer in Liuoniâ, & Ioannes,  
 qui postmodum in Gallicâ illâ clade ad  
 Monconturium occubuit. Anno 1567. profectus  
 per Belgium in Galliam comite itineris Ioanne  
 Lobetio Iuriconsulto experiētissimo, cum  
 substitisset aliquandiu Lutetię, salutassetque  
 Petrum Ramum, Dionysium Lambinũ, Ioannem  
 Auratum, Erricum Memmium, audiissetque  
 Professores regios, contulit se Aurelianum  
 ad Ligurim, vbi incidit in tumultus illos  
 bellicos, qui mouebantur die 29. Septemb.  
 per totum regnum ob diuersitatem religionis.  
 Anno 1568. Io. Casimiri Principis Palatini exercitu  
 in Galliam pro defensione principum sanguinis  
 regij introducto, cum secederet in Burgundiam,  
 bis captus fuit; primũ quidem à præsidiarijs  
 militibus Gallis oppido Charitensi erumpentibus,  
 deinde ab iniuriosissimis Hispaniensibus Dolæ.  
 Vrsuntionem Sequanorum

norum urbem vbi attigisset, hæsit ibi per tres  
 menses, delectatus admodum loci amœnitate  
 & ciuium comitate. Inde per Iuram montem  
 (in cuius summitate orientem versus visu no-  
 tati numerantur XIV. lacus) ad Lemannum  
 se conferens, Geneuæ Allobrogum diutius  
 commoratus est; familiaritate vsus Christo-  
 phori Principis Palatini, Francisci Porti Cretē-  
 sis, Theodori Beza, Henrici Scrimgeri, Petri  
 Pithœi, Henrici Stephani & aliorum. Vixit et-  
 iam Lusannæ & ruri in parte citeriore lacus  
 Lemanni, æstiuo præsertim tempore. Demum  
 Spiram ad comitia, quæ Maximilianus Impe-  
 rator indixerat, venit anno 1570. eâq; occasio-  
 ne Heidelbergam ad Fridericum III. Electo-  
 rem Palatinum. Inde rursus in Allobrogas &  
 Burgundos tetendit, quo itinere confecto ad  
 Nicrum redijt anno 1571. vbi omnes psalmos  
 Dauidis ad melodiã Gallicam rhithmis Teu-  
 tonicis componere aggressus, anno sequente  
 1572. priores quinquaginta in lucem emisit.  
 Sub annum 1575. missus est ab Electore Pala-  
 tino Friderico, vnâ cum Legato Ducis Alen-



zonij ad Imp. Maximilianũ II. & ad Electores  
 cæterosq; Imp. Principes, cum Casimirus iam  
 secundo exercitũ in Galliam duxisset. In Italiã  
 tandem post obitum Friderici II. iter adorna-  
 uit, anno 1577. ibiq; hæsit non vno in loco, vsq;  
 per æstatem anni 1580. Patauij biennium fere  
 cõmoratus audiuit Tiberium Decianum, Io-  
 annem Cephalũ & Ioannem Menochium Iu-  
 riscõsultos, Riccobonũ Oratorem &c. cumq;  
 Italiæ amœnitate mirũ in modum delectare-  
 tur, statuit, quantũ fieri posset, illustres illas vr-  
 bes Lombardię, Insubrum, Ligurię, Hetrurię,  
 & aliarum regionum exactius perlustrare. Ro-  
 mæ quotidianus erat in Bibliothecã Vaticanã,  
 ibidemq; Marcum Antoniũ Muretũ, Achil-  
 lem Statium, Petrum Angeliũ Bargeum, Ful-  
 uium Vrsinum, Herculem Cosmum sæpius  
 conuenit. Floretiæ Petrũ Victorium, Bononiæ  
 & Romæ Carolũ Sigonium: à quibus omnib.  
 extant Epistolæ ad Melissum quam humanif-  
 sime scriptæ. Senæ Hetruscorum annum inte-  
 grum vixit, ab Alexandro Picolominæo viro in  
 Græcis & Latinis literis eruditissimo aliquo-  
 ties

ties inuitatus. Anno 1579. cum redijffet Patauium, creatus est 10. Kal. Nou. solēni actu, Comes Palatinus, Eques auratus & Ciuis Romanus per illustrem virum Ferdinandū Amadim, idq; ex priuilegio Car. IV. Rom. Imp. Posteaq̄ verò Italię valedixisset, statuit in Galliam redire & inde trajcere in Angliam, sed Veronâ cum discessisset, & Benacum lacū transmisisset, mutans consilium Tridentum ad dextrum declinauit, Germaniamq; per Alpes repetijt. Augustę non nihil commoratus suafu Hieronymi VVolfij V.C. Norimbergã se contulit, & inde Augustam ad comitia, quę anno 1582. Rudolphus II. Imp. illic indixerat. Anno 1584. secūda profectio in Galliam reuersus est, Metasque Mediomatricum urbem ab itinere diuertit, vt Boiffardum amicum veterem inuiferet: vnde Lutetiã profectus in suburbanis hortis prope ædes Iani Antonij Bayfij habitationem cōmodam & amœnam elegit, & sequenti anno eius Schediasmata Poetica tribus partibus cōprehensa, inter bellorū strepitus secundò typis edicurauit, multò auctiora, quàm prius fuerāt ex-

cusa Francforti anno 1574. Post vindemiã anni  
 1582. nauigauit ex portu Dipensi in Angliam,  
 offerens Richemonti Elisabethæ Anglorum  
 Regine sua Poemata, ibiq; per hiemem in aula  
 mansit, quæ Grenouici erat: volebat enim He-  
 roina illa clarissima pariter & doctissima, vt  
 Melissus locum sibi aliquem, quo potissimum  
 delectaretur in regno eligeret, pollicita ipsum  
 regiè à sese sustetatum iri. Accidit vt cum qua-  
 dam nocte Grenouico, vbi tum Regina diuer-  
 sabatur, secundo Tamesi flumine Londinum  
 versus, cymbâ veheretur, audiret iterũ Olorem  
 dulcissime cantantem. Sed postquam comite  
 itineris Hieronymo Grosslotio Lislæo nobili  
 Gallo, cuius maiores ex Francia Germaniæ o-  
 riundi erant, qui cum adolescentulo Iacobo  
 VI. Scotiæ Rege sub Georgio Buchanano e-  
 ducatus fuerat, Academias Oxoniensem &  
 Cantabrigiensem, Bibliothecâsq; libris veteri-  
 bus refertissimas perlustrasset, à Reginâ huma-  
 nissimâ, quæ aliquoties ipsum antea sponte sua  
 compellauerat, veniã abeundi impetrauit, ac  
 traiecto Oceano Caletũ versus tertio in Galliã  
 redijt;

redijt; nã per literas antea reuocatus fuerat in Germaniã, à Ioanne Cafimiro Principe, Palatinatus administratore. Lutetiã igitur digreffus cum Baronibus Zernemblijs per Aurelianũ agrum venit in vrbem Bituricenfem humaniffime acceptus à Iacobo Cuiacio Iurifcõfulto. Inde Lugdunum perrexit, & per mediã Heluetiam iter faciens Basileam attigit: tandem Heidelbergam, quam ille Myrtiletũ appellat, à baccis illis nigellis, quæ magnã ibi nafcuntur copiã, reuertitur. fuit id anno 1586. Ibi ergo receptus eft in numerum Confiliariorũ Principis, eidemq; Bibliotheca Palatina eft cõcredita. Porrò cum iam ingrauefcẽte ætate ex peregrinationibus & tempeftatibus quafi in portũ delatus videretur, ac fenio fulcrum, quo fuffentaretur, quæreret, hortatibus amicis, præcipue autẽ Ioanne Poffhio archiatro Palatino, anno 1593. vxore ductã iunẽculã nuptias Sept die 24. celebrauit, cum Æmiliã Ludouici Iordani IC. qui Palatino dum viueret, fuerat confiliarius, filiã: ex qua fufcepit filium Æmilium & filiam Rofinam. Præter linguam vernaculam, quæ

est Teutonica superior, & eas, quæ in scholis  
Academijsq; addiscuntur, maxime illi cordi  
fuerunt Italica, Gallica, Hispanica, item Belgi-  
ca & Anglica. Hæc cum scriberem anno Chri-  
sti 1598. qui Melisso finit annum ætatis LIX. vi-  
uebat ille & præerat Bibliothecæ, in præcipuo  
honore apud Serenissimum Principem Fri-  
dericum IV. Ludouici F. Friderici III. Nepo-  
tem constitutus, qui Melisseorum Poematum  
& doctrina & suauitate mirifice delectabatur,  
vti & illustriss. Princeps Christianus Anhalti-  
nus, qui & ipse miro Poetam affectu comple-  
ctitur.







Nascitur  
An. 1515  
Frustratus 26. aug.  
Anno. 1572.

Rame tuis Gallis es, quod Latio fuit olim,  
Romanj princeps Tullius eloquj.



PETRVS RAMVS.



ETRVS RAMVS  
 natus est in Pago Veromanduorum Quutano Domini 1515. Eius auus apud Eburones genere fuit nobilis. Sed cum patria capta esset, & incensa à Carolo Burgundionum Duce, recepit se ad Veromãduos, omnibus bonis fortunæ destitutus : ibiq; propter paupertatem ad agrorum cultum redactus est. Rami pater non opulentior, imò deficientibus necessarijs facultatibus, cum non haberet agros quos coleret, artem carbonariam exercere coactus est. Hoc auo & patre natus Ramus animo tamen non defecit. Erat enim illi à pueritia ingenij vis perspicax, promptitudo & industria in omnibus ijs quæ aggrediebatur, sed maxime instinctus naturalis & desiderium ad literas addiscendas. Cum igitur

N tur



tur illum tæderet inter rusticos versari, relicto patre Lutetiam se contulit ad Honoratū Carpentarium auunculum, cui inseruiuit aliquādiu, victum frugalem & tenuem ab eo accipiens. Sed cum in hoc seruitij genere non posset libere studijs vacare, quod rebus domesticis occupatus à libris retraheretur; visum est illi commodius fore, si viris doctis suum famulitium addiceret, aliquid semper, quod ad promouenda studia faceret, se auditurum ita existimāti. Collegio Nauarræo exceptus, famulatus est dominis, diurnam laboriose præstans operam, noctu verò assiduis lucubrationibus vacans, tantum diligentiam profecit, vt Magisterium & Lauream Poeticam breui adeptus sit. Tum primum illius promptitudine delectati professores, illius conatus certatim adiuuerūt, cōmunicatione librorum, quibus posset erudiri. Erat enim Ramus indefessi laboris, natus ad societatem, cordatus, facilis & corporis habitu venusto, quæ omnia illi beneuolentiam bonorum conciliabant. Cœpit post magisterium alios docere, & se priuatis Lectionibus

tanti-

tantisper exercere, donec ad publicum docendi munus videretur aptior. Tusani Græcarum literarum Professoris Regij monitu Logicam suscepit tractandam & explicandam, factumque est, vt anno ætatis vicesimo primo Dialecticam cum animaduersionibus in Aristotelem publicarit. Studiorũ socios habebat Bartholomæum Alexandrum & Audomarum Thaleum. Successus hic primus illi feliciter cecidit multorumq; oculos in se allexit, qui mirabantur tantam in ea iuuentute perspicacitatem & ingenij acumen. Vtque virtus egregia nunquam caret inuidia, æmulos, & suæ diligentiae calumniatores acerrimos expertus est Petrum Galandium, Antonium Goueanum, Ioa-chimum Perionium & Iacobum Carpentarium. Sed ante omnes infestissimos sensit Sorbonæ Doctores, qui communi omnium sententiâ in Ramum insurgentes, illum hæreseos in Philosophia accusarunt, quod in Aristotelem Philosophorum Principem ausus fuisset scribere. Effecerunt sua autoritate vt Ramo sit interdictũ in posterũ docere vel scribere in

vllam Philosophiæ partem. Cumq; non sine dolore & animi molestia remotus esset à primo docendi munere, Nicolaus Sapiētius collegij Prælæi moderator, illum ad se accersiuit, vt communi operâ & industriâ restaurarent id Collegium, scholasticis propter contagium pestis vacuum & destitutum. Factumque est, vt Rami industriâ maior quam antea Studioforum concursus eô veniret. Repugnarunt illi atrociter Sorbonistæ, & Sapiētio inuisum reddiderunt, cum quo tamen aliquot annis tantocandore, tantâ animi moderatione vixit, vt omnibus simultatibus postpositis, simul postea vnanimi concordia commissum docendumus feliciter administrauerint. Mortuo Nicolao Sapiētio solus Prælæi Gymnasij Præfektus remansit Ramus, qui autoritate Caroli Lotharingæ Cardinalis, doctorum omnium liberalissimi promotoris, Eloquentiæ & Philosophiæ regius Professor creatus est, anno Christi 1551. cum ætatis annum ageret 36. Tum primum eius fama per omnes Europæ Academi-  
as sparsa, multos viros Principes mouit, vt pro-  
posito

posito illi luculento stipendio euocaretur è Gallia. Angelus enim Papius vir clarus, inter Italiæ præcipuos viros doctos illum Bononiã Academicorum omnium doctorum nomine accersiuit. Idem quoque fecit illustris vir Andreas Dudizius Sbardelata Quinqueecclesiensium Archiepiscopus in Hungariã, qui in Poloniam se receperat sua sorque fuit Ramo, vt Cracouiam veniret. Rex quoq; Pannoniæ Ioannes literis illum ad se amicissime inuitauit, vt præficeretur Scholis Albe Iuliæ. Sed Ramus, qui inter Gallos nomen celebriam erat adeptus, Patriam exteris præferre maluit, cui primam officij partem se debere non ignorabat. Parisijs apud amicos famã celebris, autoritate publicã (licet obstarent inuidi) Academiæ totius factus est Decanus. Tum ille quietiori vitæ genere DE I beneficio donatus, ad Mathematicum studia se addixit, opera vsus FridERICI REISNERI Germani, in ea facultate optime versati, & ARNOLDI OFFATI. Quorum adiutus beneficio admirabiles fecit progressus. At cū bellis ciuilibus omnia apud Gallos turbaren-

tur propter religionem, neque quisquam satis tutus domi suæ videretur, quod vnusquisque sub prætextu religionis suas inimicitias vlcisceretur, Ramus, vt ab his tempestatibus tempestiue se eximeret, Parisijs discedens, ad Fontem Bellaqueum, vbi est Bibliotheca regia, secessit. Vnde paulo post coactus est se recipere ad castra Condensia, quæ ad Sancti Dionysij vrbem habebantur. Sed cum animaduerneret, non esse tutum diutius in Gallia hærere, statuit tantisper Germaniam inuisere, donec incendia illa patriæ restinguerentur. Argentinam primum adiit, deinde Basileam, Losannam, Tygurum, Heidelbergam, Norimbergam & Augustam. Vbiq; celebri applausu & publicâ lætitiâ à viris doctis exceptus est, & amicitia officio cumulatus. Rebus itaque in Galliâ compositis Parisios reuersus est. Sed anno 1572. 24. Augusti in Nauarræis nuptijs ortâ cæde incredibili, & retroactis sæculis inauditâ, plurimi deplorandâ lanienâ misere confossi perierunt. Ram<sup>9</sup>, qui in Præleō Collegio erat clausis portis, nō sine ingēti metu domi se cōtinebat, quibus

bus effractis, ficarij apprehensum, & vulnere lethali confossum semianimem è fenestris in subiectam aream proiecerunt. Corpus capite truncum tractum est per vrbs fordes, & in Sequanam deuolutum 26. Augusti. Eius supellex & Bibliotheca statim direpta fuit: multaq; eius opera nondũ absoluta perierunt: vt Commentaria in libros Aristotelis de Repub. Libri de Comitijs Romanorum, Ethica, Physica, Optica, Geometrica, Musica, & Astronomica, quæ nondum ediderat. Præter hæc iam publicauerat Platonis Epistolas latinitate donatas. Commentaria in Ciceronis aliquot Orationes, in Fatum, in somnium Scipionis, in librum primum de legibus, in Vergilij Bucolica & Georgica: De veterum Gallorum moribus: De militiâ Cæsaris, Brutinas quæstiones, Grammaticam & Dialecticam. nam eius Rhetorica sub nomine Thalæi excusa est. Post eius mortem Cõmentaria de Religione apud aliquem virum bonum inuēta sunt, & in lucem edita Francoforti per hæredes VVecheli.







PETRVS RONSARDVS.



ETRVS RONSARDVS, Gallorum Poetarum Princeps, natus est in arce paterna Poissonnera, ditioris Vindocinorum, patre Ludouico nobili & Equite torquato, matre Ioanna Chaudriera, matrona illustri. Ronsardorum maiores ortum traxerunt ex Thracia. Tempore enim Philippi Valesij Galliarum Regis Balduinus Ronsardus cum nobilium quorundam expeditâ manu per Pannoniam & Germaniam penetrans in Galliam venit, vt suæ virtutis specimen ali- quod insigne præstaret Gallo regi, occupato grauissimis cōtra Anglos bellis. Cuius generositas Regali beneficentia & liberalitate cōpensata est, retētusq; est inter p̄cipuos nobiles aulicos, & inter Vindocinos assignata prædia, quibꝰ splēdide se suosq; alere posset. Hi multis annis autoritate & fortunâ lautiore vsi sunt, vsq; ad



Ludouicum Ronsardū Petri parentem, qui in Hispaniam missus est cum Francisco Delphino, & Henrico Aurelianorum Duce, regis liberis, pro patre Francisco Magno ad Papiam capto, obsidibus ad Carolum V. Imperatorē missis. Ex hoc Ludouico natus est Petrus, XI. Septemb. Anno 1524. quo anno captiuus in Hispaniam ductus est Franciscus Galliaē Rex. Fratres illi iisdem parentibus nati sunt Claudius & Ludouicus. Petrus educatus est Parisiis, in Collegio Nauarræo, & bonis literis institutus. Sed plagosi Præceptoris morositate à studijs alienatus, Auenionem ad parentes redijt, vbi Gallorum Rex eo tempore militum delectum faciebat contra Carolum V. Petrus igitur datus est Carolo Aurelianorum duci, cum quo aliquot annis vixit, sed ab eo datus est Iacobo Stoarto Scotiaē Regi, qui in Gallia venerat, vt Magdalenā Francisci Regis filiam duceret vxorem. In Scotia degit mensibus triginta, & in Anglia sex. Vnde reuersus ad Carolum ducem Aurelianorum, institutus est in militari exercitio. Missus postea in Flandriam,

Zelan-

Zelandiam & Scotiam cum Lassignio Legato. In traiectu in Angliam naufragium passus non multum abfuit, quin submersus periret. Reuerfus tandem, annosq; iam natus quindécim, commissus est curæ Lazari Bayfij Supplicatoriorum libellorū magistri, viri inter Gallos doctissimi, cum quo Spiram missus est, vbi Synodus & comitia Imperialia conuocabantur. Cumque illic esset diutius immorandum, Ronsardus prima Germanicæ linguæ rudimēta didicit, & in ea satis feliciter profecit, cum Langeo Gallicanæ militiae magistro in Pedemontium profectus est. Reuocatus postea in aulam: cum ex longis ante actæ vitæ laboribus, nauigatione difficili, & eduliorū peregrinorum cruditate, humoribusq; corporis male tēperatis, atq; celebri defluxione in febrim lapsus esset, ex catarrho illi diminut<sup>o</sup> & obtusior redditus est auditus; factusq; esset surdus, nisi Medicorū sedulitate ab hoc periculo exēptus esset. Hęc surditas minime cōueniens frequentationi cum Nobilibus, causa fuit, cur se paulatim ab aulicis munijs subducēs ad intermissa

bonarū literarū studia redijt. Anno 1543. quo  
& eius pater viuere defijt, venit iterū in domū  
Lazari Bayfij ad Auratum, qui Præceptor erat  
Ianantonij Lazari filij. Ab eo tam Græcis quàm  
latinis literis per feptennium integrum felicif-  
fime inſtructus eſt. Sub cuius diſciplinâ ſub  
Bayfio tantū profecit, vt facile omnes ſui tem-  
poris Scholaſticos ſuperarit. At quia ad Poefin  
naturali inſtinctu ferretur, in ea maxime ſe  
exercuit, ſtuduitq; linguam Gallicam, quantū  
fieri poſſet, expolire & ornare: traducendo ex  
Homero, Pindaro, Lycophrone, Æſchylo, A-  
riſtophane & alijs quæcunq; ad ſuum vſum fa-  
cere videbantur; quibus & Horatium Latino-  
rum Lyricorum principem adiunxit. Excellu-  
itq; inter omnes ſui temporis Poetas, non ſine  
Zoilorum inuidiâ, qui eius odas de Caſſandra  
imitabantur & calumniabantur. Sed horum  
maledicta ſuppreſſa ſunt autoritate Margarete  
ſororis Henrici XI. feminæ doctiſſimæ, & M.  
Antonij Mureti, Remigijq; Bellaquei annota-  
tionibus, quas in Ronſardi amores ſcripſerūt.  
His acceſſit Michaelis Hospitalis Cancellarij  
Marga-

Margaretæ Principis iudicium, qui pro Ronfardi defensione doctissimam scripsit Elegiam contra Melinum S. Gelasij, & alios. factumq; est, vt omnes Ronfardi aduersarij palinodiam cantantes, illi reconciliati sint, & facti amici. Poetæ nomen horum autoritate per omnes Galliæ prouincias celebre redditum est, potissimum apud Regem, & duos illos Cardinales Musarum fautores, Carolum Lotharingum & Odetū Castilioneum. Post Henrici XI. mortē pari beneuolentiâ Ronfardum complexi sunt Franciscus II. & Carolus IX. cum quo Baionam profectus est, & liberalissime tractatus. Eius instinctu recepit tractādum Opus illud Francialis, quod imperfectum reliquerat, cui & suas Elegias dedicauit. Rex vt videretur non ingratus, illi dono contulit Cœnobium Bellozanium, cum opimis redditibus, vt liberius studijs vacare posset. Sed postquam Carolo fratri successurus è Polonia accersitus esset Henricus III. Ronfardum statim in familiaritatem recepit, & illi infinita beneuolentiæ argumenta ostendit. Quia tamen ingrauescētī iam æta-

te podagra vexaretur, propter aduersam valetudinē non potuit in aulâ regiâ frequentior esse, sed sæpe Lutetiã veniens in collegium Boncortianũ diuertebat apud Galadium veterem amicum & collegij præfectum. Ibi fere semper decumbens, non tamen desinebat vel scribere vel amanuēsi dictare meditata, & quæ animo cõceperat. Anno domini 1585. ægrotus Parisijs ad crucis vallē, vbi solebat habitare, lecticâ deportari se curauit, vt mutatione loci aliq̃ in doloribus subleuationē experiretur. Erat enim ea habitatio amœnissima, Gastiniæ syluæ & Fõtis Dellerij vicina. Sed cum illic quoq; parũ relaxamēti à morbo sentiret, eodē anno mense Iulio deuectus est ad Prioratum S. Cosmæ, quo loco etiã mirifice antea delectat⁹ erat. Neq; illic pfuit loci mutatio, augescente in dies & horas arthritidis implacabili cruciatu. Quare post dies 10. ad crucis vallē statim reuectus est. Galandius, qui cum eo amicitia veterē contraxerat, & omnib⁹ officijs coluerat, certior reddit⁹ de eius iniqua valetudine, illum inuisit mense Octobri, vt præsentia & alloquijs familiaribus

ægrum

ægrotū solaretur, & dolores quibus posset mo-  
 dis extenuaret. Ronsardū inuenit languidū &  
 imbecillē, diuturnisq; vigilijs adeo debilitatū,  
 vt ope medicā illi succurri non posset. Cum eo  
 aliquot fuit dies, plurimū sollicitus de eius vitā,  
 quam periclitari omnes asseuerabant Medici.  
 Ne vero quid intētātū relinqueretur, extenua-  
 tū & semiconfectū Thurenos deportarūt: Vbi  
 postq̄ inter amicos multa cōtulisset de hui⁹ vite  
 miserijs, de immortalitate animæ, & de beatā  
 vitā, quæ in cœlis parata est bonis, è vitā deces-  
 sit die Veneris 27. Decēb. 1585. maximo omniū  
 amicorum dolore, & totius Galliæ literatorū-  
 que omnium cordolio. Sepultus est in Templō  
 S. Cosmæ. Parentarūt illi Galandius & omnes  
 viri docti in Collegio Bōcortiano tantā litera-  
 torum frequentiā, tot Epitaphijs & Inscriptio-  
 nibus publice affixis, vt nulli antea plus præsti-  
 tum esse credatur. Perronius ille, cuius melli-  
 flua eloquētia totā Galliā cōmendatur, oratio-  
 ne funebri defuncti tumulos ornauit. Adhibi-  
 ta sunt omnia instrumenta Musica, & Regij fa-  
 celli Psalmistæ & Cantores, funebri Melo-  
 diā &

dia & exclamationibus plancta interruptis, tantum luctus & tristitiæ omnibus astantibus excitarunt, vt nullus esset in tantâ auditorum multitudine, ex quorum oculis instar riuorû destillantium cum plorabili eiulatu non elicerentur lachrimæ. Fuit dum viueret cõuersatione facili, moribus facetis, liber cum amicis, & liberalis erga eos, qui Poesin tractabant. Indulgens aliquando plus, quàm par esset, iocis intempestiuis. vnde orta est illa calumnia, qua accusatur cum Godelio & alijs: Hircum sacrificasse Baccho. Quod si excellẽtem illam quâ vigeat scientiam non applicuisset leuibus amoribus, nemo illi par posset comparari. Nostra enim sæcula inuidiã laborãt, omnesq; aliorum censores esse malumus, quam nostra vitia & defectus corrigere. Cum Ronsardus Berthasij Poetæ Mundi creationem sex diebus à Deo summo perfectam Heroico carmine descriptam legisset, admiratus Poetæ doctrinam, calamum aureum ad eum dono misisse fertur cum hac laude, plus Berthasium honoris acquisiuisse vna Hebdomada, quam Ronsardus  
 tota

tota vita : Berthasij enim opus Hebdomada prima vocatur. Inter omnes Poetas, quorum stylum Ronsardus probabat, fuerat Mauritius Sceua, Hugo Salelus, Antonius Heroetus, Melinus Sangeruafius, Iacobus Pelleterius, & Guilielmus Altarius, qui Ronsardum præcæferunt. Qui sequuntur, facilius aliquanto Poeseos perfectione attigerunt; Pontus Tyardus, Ianus Antonius Bayfius, Ioachimus Bellaius, Stephanus Iodelius, Remigius Bellaqueus (quem Ronsardus naturæ Pictorem mirificum vocare solitus erat) Stephanus Pascharius, Amadis Iaminus (quem ipse instituerat) Robertus Garnerius poeta Tragicus: Philippus Portæus. Florens Christianus, Scæuola Sanmarthæus, Ioannes Passeratus, Ioannes de Petron, Bertrandus & Ioan. à Perusa.

P









IOANNES FISCHERVS EPI-  
scopus Roffensis, Anglus.

**I**OANNES FISCHERVS E-  
piscopus Roffensis per id tēpus, quā-  
do in Anglia facta esset infausta & fu-  
nelta mutatio, rege ob odium Pontificis, qui e-  
ius nuptias probare noluit, conniunte, anno  
nimirum 1535. humanæ mutabilitatis exemplū  
posteritati præbuit. Erant enim tum in Anglia  
duo inter alios præcellentes viri, pietate & eru-  
ditione clarissimi, Ioannes Fischerus Roffensis  
Episcopus, & Thomas Morus regni Cancellar-  
ius, qui est apud Britannos proximus à Rege  
magistratus. Il vtpote viri graues, neque di-  
uortium cum Catharina probare, neque Re-  
gis caput Britanniaē se profitentis, sententiæ  
subscribere volebant. Id verò Rex tulit ani-  
mo periniquo, & Roffensi quidem maioris  
odij auctarium fuit, quod captium Ponti-  
fex in Cardinaliū ordinem cooptauerat. Rex  
itaq; Angliæ cernens neq; Roffensem neque

Morum sibi obtemperare velle, vtrunq; capite damnauit per suos ministros. Roffensis quidem ad 9. Cal. Iulij, Morus autem ipsius Iulij die 7. capite plexus est. Roffensis certe multis annis diligēter inuigilando gregi suo ministrandis sacramentis, assiduitate docēdi tum voce tum scriptis, mira quoq; liberalitate in egenos, benignitate in studiosos, verū ac legitimū egerat Episcopū; ita vt eius aula nihil fere à monasterio differre videretur. Nec dubitauit conatibus regis verbo & scripto se opponere, ne suam conscientiam negligeret, tametsi ea re exitium sibi pararet. Nolebat enim salutem regis dissimulando negligere, sed vt verus Episcopus veritatem libera voce professus est, ad supremum vsq; spiritum, adeò vt tum quoque cum in eum proditorum immane supplicium esset constitutum, atq; pronunciata eius horrendæ necis sententia, hilari & placido vultu intrepidus permaneret. Sed quia senio grauis, multisq; vigilijs & studijs confectus esset, in mitiorem ea sententia mutata est, quod vererentur ante exhalaturum spiritū quàm rhedâ trahâq;

trahâq; , vt moris est, tractus ad supplicij locū  
 perueniret. Itaq; X. Kal. Iulij productus in pla-  
 nitiam constanti & alacri vultu populum est  
 allocutus , ac primo quidem Regi & Regno  
 bene precatus est; Deind prece ad Deum fusa  
 illi se commendauit, atq; ita securi caput præci-  
 dendum obiecit. apud Anglos enim non ense  
 sed securi plectuntur rei , capite in truncum in-  
 clinato. Is exitus fuit clarissimi Pontificis, post-  
 quam iam diuturni carceris molestias pertule-  
 rat. De eiusdem clarissimi Roffensis Episcopi  
 mortē, ita quidā scriptum reliquit: Sexto No-  
 nas Iulij (alij 7. Iulij vt diximus) obtruncatus est  
 in Anglia Thomas Morus, nō minorem con-  
 stantiam in iudicio & supplicio præferens,  
 quam in iniquissimo senatuscōsulto Athenien-  
 sium Socrates: paucis diebus ante illum inter-  
 fecto Episcopo Roffensi, in quem Regis furor  
 non aliā causā vehemētius exarsit, quā quod  
 in Cardinalium ordinem à Pontifice esset co-  
 optatus. Sed audi quod vincit omnem ferita-  
 tem , caput Roffensis inditū stipiti multis die-  
 bus omnium oculis fuit expositum, quod non

modo non contabuiffe, verum etiam multo venerabilius esse factum ferebatur. Vbi is rumor increbuit, mox amotum est loco. Et ne quid in Mori capite existeret, quo populus religione turbaretur, audi iam facinus immanissimum: Reuocata est Thyestæa fabula, & caput eius non nisi longa coctura maceratum, quo celerius difflueret, hastili est impositum: hæc ille. Scripsit autem in Lutherum librum regie assertionis. Item, in septem Psalmos poenitentiales, Homelias ad plebem aduersus 41. Lutheri articulos lib. 1. Contra captiuitatem Babyloniam lib. 1. Confutationes Lutheri: pro Missa contra Oecolampadium: Defensionem Sacerdotij, Conuulsionem Veleni: precationum librum vnum pro vna Magdalena: contra Fab. lib. 3. Contra Clichthoueam, pro eadem lib. 1. de matrimonio Regis Angli lib. 1. De septem sacramentis lib. 1. pro Lutheri damnatione lib. 1.







THOMAS MORVS ANGLIAE

*Cancellarius.*



ANNO 1535. Thomas Morus qui rege Angliæ nouas res moliente, vltro se Cancellariatu eius regni, quem obibat, abdicarat, eundem vitæ exitum habuit cum Roffensi; videbat enim vir prudentissimus quorsum tenderent consilia, itaq; ne cogere de innocentibus sumere supplicium, illi amplissimo muneri sponte renunciauit. Cum autem Regis nuprias probare nollet, religione prohibitus, bonis omnibus exutus & perpetuo carceri addictus est. Porrò hoc anno mense Iulio eductus ex arce Londinensi, sistitur iudicibus à Rege designatis. Ibat debilis scipione fultus longo itinere, sed vultu animum minime perturbatum præ se ferente, donec ad locum ventum est. Ibi primùm hortari eum cœperunt ad resipiscentiam, sed ille Deum rogat, vt in sententia ipsum confirmet. Deinde obiecta diluit, licet multum iam debilitato corpusculo ex carceris diuturnitate & morbo. quæ res permouit iudices, vt allatâ fellâ, dum se purgat, sedendi habeat potestatem. Iis perfectis vocati sunt ex gentis instituto Duodecim viri, vt inter se consultarent, num Morus in Decretû Parlamenti malitiose peccasset. Illi breui inter se habita de liberatione, reuersi ad iudices aiunt, Gylthi, hoc est, reus est mortis, mox à Cancellario in eum prolata est sententia. Tum ille mentem suam coràm omnibus explicauit de Decreto Parlamenti. Sed oratione eius interrupta, reducitur in carcerem: vbi priusquam ad turrim ventum esset, miserandum accidit spectaculum. Erat Moro filia Margareta, eleganti forma, optimis moribus, rara eruditione. Ea vbi cognouit

Q

in pa-



in patrem mortis prolatam sententiam, pietate in parentem, & acerrimo animi dolore permota, per medios satellites vi qua poterat perrupit, & in patris amplexus ruens, quod voce nō poterat, nimio præpedita mœrore lachrymis vbertim testata est, nempe summā pectoris sui egritudinem & angores: Verū pater satellitū permissu cōstati vultu, iussit eam missos facere eiusmodi singultos & animo infracto ferre præsentem rerū statum: Sic enim, inquit, visum est Deo, & tu iam pridē conscia es arcanorū pectoris mei. Iam verò patre ab illa decem vel duodecim passibus progresso, illa nō ferens immodicos doloris aculeos ex tam præsentis parentis amantissimi periculo eius animum vehementer pungētes, rursus accurrit ad patrem, amplectitur abeūtem: sed ab illo neq; lachrymas vllas fundente, neq; faciem in rugas aut mœrorem contrahente: hoc solum audit, vale & *DEVM* ora pro salute animæ meæ. Septimo ergo Iulij caput illi præcisum fuit, & eodem modo, quē in præcedenti descriptione *Roffensis* annotauimus, decoctum hastili est impositū. Idem hic *Thomas Morus* Angliæ Cancellarius, quod genus officij apud Anglos secundum à principe locum obtinet, vbi se 16. die Maij Anno domini 1532. regni vero *Henrici octauī* vicesimo quarto, magistratu abdicasset, sequenti æstate hoc infra scriptum Epitaphium composuit, & sepulchro suo, quod sibi dum in Cancellariatu agebat, extruxerat in parochiali sua Ecclesia apud villam *Chelsey*, vbi habitabat, distantem haud amplius tribus miliaribus Anglicis ab vrbe Londinensi, inscribendum curauit, postea verò eius corpus haud illic sed in arce Londinensi conditum est.

*EPITAPHIUM THOMAE MORI.*

*Thomas Morus* vrbe Londinensi, familia non celebri sed honesta natus, in literis vtcunq; versatus, cū & causas aliquot annos iuuenis egisset in foro, & in vrbe sua pro *Shyreno* ius dixisset,

dixisset, ab inuictissimo Rege Henrico octauo (cui vni Regū omnium gloria prius inaudita cōtigit, vt fidei defensor, qualem & gladio se & calamo vere præstitit, merito vocaretur) ascitus in aulam est, delectusq; in consiliū, & creatus Eques, proquæstor primū, post Cancellarius, Lancastræ, tandē Angliæ miro Principis fauore factus est. Sed interim in publico regni Senatu, lectus est orator populi, præterea Legatus regis nonnunq̃ fuit, alias alibi, postremo verò Cameraci, comes & collega iunctus principi Legationis Guthberto Tunstallo, tum Londinensi, mox Dunelmensi Episcopo, quo viro vix habet orbis hodie quicq̃ eruditius, prudentius, melius. Ibi inter summos orbis Monarchas rursus resecta fœdera, reditamq; mundo diu desideratā pacem & lætissimus vidit, & legatus interfuit:

*Quam superi pacem firment faxintq; perennem.*

In hoc officiorū vel honorū cursu cum ita versaretur, vt neq; Princeps Opt. operam eius improbaret, neq; Nobilib<sup>9</sup> esset inuisus, neq; iniucūdus populo, furibus autē, homicidis hereticisq; molestus: pater eius tandē Ioan. Morus Eques, & in eū ordinem Iudicū à principe cooptat<sup>9</sup>, qui regius confessus vocatur, homo ciuilis, innocēs, mitis, misericors, equus & integer, annis quidē grauis, sed corpore plusq̃ pro ætate viuido, postq̃ eō perductā sibi vidit, vt filiū videret Angliæ Cancellariū, satis in terra iam se moratū ratus, libens migravit in cœlū. At filius defuncto patre, cui quādiu superat cōparatus, & iuuenis vocari consueuerat, & ipse quoq; sibi videbatur, amissum iam patrē requirens, & editos ex se lib. 4. ac Nepotes vndecim respiciens, apud animū suum cœpit per senescere. Auxit hunc affectum animi subsecuta statim velut ad petētis senij signū, pectoris valetudo deterior. Itaq; mortaliū harum rerū satur, quā rem à puero penè semp optauerat, vt vltimos aliquot suæ ætatis annos obtineret liberos, quib. huius vitæ negocijs paulatim se subducēs, futurę posset immortalitatē

meditari. Eam rem tandem ( si cœptis annuat Deus ) indulgentissimi Principis incomparabili beneficio resignatis honoribus impetrauit, atq; hoc sepulchrum sibi, quod mortis eum nunquam cessantis adreperere quotidie commonefaceret, translatis huc prioris vxoris ossibus extruendum curauit. Quod ne superstes frustra sibi fecerit, neue ingruentem trepidus mortem horreat, sed desiderio Christi libens oppetat, mortemq; vt sibi non omnino mortem, sed ianuam vitæ felicioris inueniat, precibus eum piis, Lector optime, spirantem precor defunctumq; prosequere. Hoc quidem monumento erecto, humanæ mutationis vices horribiles postea expertus fuit, vti ex præcedētibus lector abunde colligere potest. Scripsit Vtopiam libris duobus absolutam: Item Epigrammata doctissima: ex Luciano cōuertit quædam: & fecit Declamationem Lucianicæ respondentem: Historiam Richardi Regis Angliæ eius nominis III. imperfectam dedit: item responsionem ad conuitia Martini Lutheri coniecta in Henricum Regem Angliæ eius nominis octauum. Tandem expositionem Passionis Dominicæ imperfectam in Carcere reliquit, quod vltius progredi non posset, ob negata scribendi instrumenta. nec enim ita multo post prope turrim Londinensem loco consueto securi percussus est, 2. Non. Iulij. anno 1535. Regis verò Henrici octauum, vicesimo septimo, vt supra notauimus. Scripsit etiam in carcere anno 1534. meditationem, quod pro fide mors fugienda non sit: Et precationem ex psalmis collectam, cui ipse hunc Titulum posuit: Imploratio diuini auxilij contra tentationem, cum insultatione contra Dæmones ex spe & fiducia in DEVM. Scripsit præterea Comœdias: Dialogos familiares: Declamationem pro Erasmo aduersus fratrem lib. 1. Pro gymnasinata Græca: Dialogum promissa cōtra Fryth. contra Germanum Brixium aduersus Cordigeram eiusdem: de purga-

purgatorio cōtra Fryth. de iustificatione operum lib. 1. Apologiam ad Tyndale lib. 1. de Ecclesia contra Barnes lib. 1. In Martinum Dorpium lib. 1. Eius Epistola in qua respondet literis Pomerani, Louanij anno 1569. excusa est, vt & libellus de optimo reip. statu in 8. an. 1548. Omnia autem eius opera Latina ibidem apud Ioannem Bogardum, siue vt in titulo habetur, apud Petrum Zangrium Tiletanum sub Fontes, anno 1566. chartis 71. in fol.

Q 3





THOMAS CRAMERUS ARCHIEP. CANT. PRIMAS ANG.

Natus in Anglia Obtruncatur An. 1536

Cramerus flammis positus crepitantibus, inquit, Ipse meae Iudex partis et Ultor ero.

THOMAS CRAMMERVS ANGLVS

*Archiepiscopus Cantuariensis.*

**T**HOMAS Crammerus Anglus Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ac totius Angliæ primas, omni virtutum genere, inquit Gese- nus, ob heresin à Maria Angliæ Regina vita mul- tatus est, anno 1556. Crámerus verò hic à Reginaldo Polo diligenter vt sententiã mutaret admonitus fuit, cumq; eius spes non modica ab initio appareret, Polus à Regina Maria veniã homini impetrauerat: verũ is (dum Polus apud Reginã pro eo intercedebat) calamũ & atramentum sibi dari petit, quib. acceptis, statim sententiã suam, in q̃ Polo admonẽte in- clinauerat, reuocat, & scripto testatur, se priorẽ suam senti- tiã ad mortẽ vsq; defensurũ, quod verò Poli petitioni assen- serit, de eo se pœnitere & meritas pœnas volentẽ subiturum. Itaq; Maria Regina, vt quæ nõ tam religionis, quam suã causã ipsi esset infensa, animaduersa eius simulatione, flãmis eum per iudicũ sentẽtiã addicit. Qui cum iam rogo esset impo- nendus, lictorẽ rogat, vt dextram vinculis eximere & liberã solutamque ei permittere velit, quo impetrato ipsemeteam flammis admouet, atq; ob inclinã ex Poli petitione senten- tiam (dederat enim Polo eius rei autographũ) manũ pro- priã tanq̃ reã perfidiæ cõstanti animo vltro exurit, ipse post- modũ incenso rogo à LiCTORIB. crematur, cuius vita & mors anno sequẽte, per Embdenses integro libello celebrata fuit. Scripsit Anglico sermone Catechismũ doctrinæ Christ. item de ordinationib. Ecclesiæ reformatæ librũ vnũ. De ministris ordinãdis librũ vnum. De Eucharistia cũ Luth. lib. 1. Defen- sionẽ Cathol. doctrinæ lib. 1. Doctrinã cœnæ dominicæ lib. 1. Contra transsubstantiationis errorem librum. 1. Quomodo Christus adsit in cœna librum 1. De vsu cœnæ dominicæ lib. 1. De Christi oblatione librum 1. Ad Richardi Smithi ca- lumnias lib. 1. Confutationes veritatũ non scriptarum lib. 1.

Locōrum communium ex Doctōribus libros duodecim.  
De non ducenda fratria lib. 2. Contra primatum Papæ lib.  
2. Piarum precationum lib. 1. Epistolarum ad viros eruditos  
librum vnum. Scripsit ex carcere contra sacrificium Missæ  
lib. 1. contra adorationem panis librum vnum: ad Reginam  
Mariam librum vnum.







...us communium ex Doctoribus libros duodecim  
Deus ...




*GVILHELMVS BVD AEVS IC.*



VILHELMVS Budæus Lutetiæ Parisiorum. celebri literarum domicilio natus anno 1467. Græcæ & Latinæ linguæ cognitione, omniû non modo Galliæ, sed totius etiã Europæ longè eruditissimus ea ætate habitus est, ciuilis in primis sapientiæ, & Iurisprudentiæ laude celeberrimus; Senator regius suppliciq; libellorû in Regiã magister. Is cum perennẽ spectaret laudẽ, & rei familiaris fortunas honoresq; aulicos ingenio suo & speratã gloriã multò arbitraretur viliores, sexaginta amplius annis in ocio literario consumptis, ita vt summæ eruditionis libro de Assẽ alteroq; in Pandectas edito, ac infinita demû lectione confectis Cõmentarijs vtriusq; linguæ, nulli cõmunicatã laudẽ, æquales omnes doctrinæ autoritate superaret: Morum præterea sanctimoniã & vitæ inculpatæ insignis innocentia, pie tranquilleq; vitã excessit, abdicatis testamẽto prius omnib<sup>9</sup> prorsus funeris & tumuli honorib<sup>9</sup>: & noctu tumulatus est, anno 1540. ætatis 73. die 22. Aug. Scripsit Orationes & Epistolas Græcas & Latinas q̃ plurimas: Elegias & Epigrammata diuersa. Annotationes in Pãdectarû seu Digestorû lib. vt & de Assẽ & partibus eius lib. 5. quos supra diximus; aucti anno 42. in 8. prodierunt cû Indice, adiecto breuiario de Assẽ & partibus eius per eundẽ. Scripsit idem de cõtemptu rerum fortuitarû lib. itẽm lib. de transitu Hellenismi ad Christianismû. De studio literarû recte & commode instituendo ad Francif. Regẽ: De Philologia lib. 2. ad Henricû & Carolû, Franciscum, & Carolum Francisci regis filios: Græcæ linguæ cõmentarios recognouit, & plus tertia parte auxit: Cõmentarium fecit yborum forensium & generû loquendi: Eorundem Gallicam interpretationem de foro Parisiensi sumptã cum indice. Edita sunt eiusdẽ de Ponderib<sup>9</sup> & Mensuris quædam prius nõ visa, cum quibusdam aliorû opusculis excusa.

Ex Græcorum scriptis Latina fecit Aristotelis & Philonis libros de Mundo; impressos. Basileæ cum Cleomede: Plutarchi opuscula quædam moralia, nempe de Placitis Philosophorum libros 5. De tranquillitate animi librum 1. de fortuna Romanorum lib. 1. De fortuna & virtute Alexandri libros duos: Sunt autem omnia Budæi opera Basileæ tomis aliquot excusa in folio, Gallicus eiusdem Libellus, cui Titulus: Testimonium temporis siue doctrinæ ad Principis institutionem. prodijt Lugduni in 8. Anno 1547.







## ANDREAS ALCIATVS IC.

**A**NDREAS Alciatus Mediolanensis non Iuriscōsultus tantum nobilissimus sed & in omni liberali disciplina, præfertim verò poetica ita exercitatus, vt cū summis quibusq; ingenijs certare possit: de eo Arrias Montanus vir grauiſſimus hoc tetrasticho elegantissime cecinit:

*Eloquio ius Romanum lucebat & arte,*

*Turba obscurarunt barbara legulei.*

*Andreas prisco reddit sua iura nitore,*

*Consultoq; facit doctius inde loqui.*

Cuius equidē imago viua nusq̄ luculentius quam in scriptis eius elaboratissimis exhiberi poterit; quare vt tum ipsi Alciato, tum Lectori satis fiat, ad enumerationē eorundē accingemur. Scripsit ille Emblematum lib. qui varias picturas circiter centum tanq̄ Hieroglyphica continet, quorū significationē, quæ singulas sequuntur elegiaca Epigrammata argute explicant; eadem etiā Gallice versa, apud VVechelum impressa sunt: sunt item cum Cōmentarijs Claudij Minois Diuionēsis Antuerpiæ edita; & Italica lingua carmine Lugduni, vt & Germanice Francforti. Edidit quoq; libellum de Ponderib⁹ & Mensuris: Historiæ encomium. In Publ. Cornelium Tacitum castigationes, ac difficilium aliquot locorū expositiones, orationem ab eo Ticini habitam, quæ eadem est, ni fallor, cū ea quæ in laudem iuris ciuiliſ scripta est; Item de verborū significatione lib. 4. Et in Tractatū eiusdem argumenti veterum Iuriscōsultorū cōmentaria. Paradoxorū ad Pratum lib. 6. Dispositionum lib. 4. Correctionū in tres libros Cod. lib. 3. De eo quod interest, lib. 1. Prætermisso- rum libr. duos. Declamationum vnum. De stipulationum diuisionibus Commentarium. Commentaria ad rescripta Principum, de summa Trinitate, de sacrosanctis Ecclesijs, de eden-

de edendo, de in ius vocando, de pactis, de Transactionibus, de V. pedum præscriptione, de magistratibus, ciuilibusq; & militaribus officijs librū vnum Basileæ excusum anno 1552. in fol. Parergon Iuris lib. 3. quibus postea alij adiecti. Processum iuris, Apologiam contra Ludouicum. De præsumptionibus, de rebus creditis. Ad titulum si certum petatur, commentaria. De singulari certamine librum 1. Consilium in materiam duelli, excerptum ex libro V. Responsorum. In librum 1. secundi libri Codicis. De sententijs, quæ in caput 1. secundi Decretalium de iudicijs. Eius autem opera partim singula seorsim à diuersis, partim simul in Tomos digesta, à Gryphio & Isingrino excusa sunt, vt & à Thoma Guarino. Consilia eius separatim edita sunt Venetijs. Liber eius de Plautinorum Carminum ratione, item de Plautinis vocabulis Lexicon impressa sunt Basileæ cum aliorum in Plautū annotationibus. Responsta eius libris nouē digesta & quarta vice diligentissime emendata alijs responsis nuper inter manuscripta inuentis aucta prodierunt Basileæ. Obijt Alciatus anno 1550.





THE UNITED STATES DEPARTMENT OF THE TREASURY  
OFFICE OF THE COMPTROLLER OF THE CURRENCY  
WASHINGTON, D. C.







IOAN. OLDENDORP. IC.

**O**mnnes Oldendorpius IC. Hambur-  
 gi natus, vrbe Saxonie libera, summam  
 in studijs expertus liberalitate auun-  
 culi sui Alberti Kranzij Historici Clariss. ad va-  
 ria doctorum Gymnasia, Colonienſe præcipue  
 se contulit: vbi artibus, linguis & Iuris studio  
 incumbens ita profecit, vt hinc Gryphis V Val-  
 diam in Pomeraniam abiēs Doctor iuris vtri-  
 usq; ibi crearetur. Syndicus primum Reipubl.  
 Rostochianæ cōstituitur, post Colonia Agrip-  
 pinæ, ac deinde Marpurgi multis annis ius ci-  
 uile in Academia p̄fessus est, idemq; lucubra-  
 tionibus suis illustrauit. Scripsit enim practica  
 Actionum forensium absolutissima, vnde cog-  
 nio vniuersi Iuris elucet, quid actor persequi,  
 quid reus excipere possit secundum æquitatem,  
 in classes nouem distincta. Scripsit etiam vari-  
 arum Lectionum libros aliquot ad iuris ciuilis in-  
 terpretationem commodissimos: vtpote Isa-  
 gogen Iuris naturalis, gentium & Ciuilis

Decalogi siue diuinæ tabulæ explicationem. Expositionem in leges 12. tabularum compositam iuxta reliquias, quæ extant apud Cicero-  
nem in tribus libris de legibus. Postea actionū iuris ciuilis: locos cōmunes ad vsū forensē accōmodatos: Vscapionum & præscriptio-  
num tempora, ex iure ciuili de iure singulari: Collationē iuris Ciuilis & Canonici. De copia rerum & verborum in iure ciuili ex constantis-  
simis Iurisconsultorum sententiis. Indicem dig-  
gestorum & Politix vrbis Romæ: Restaurationem cū multis explicatis legibus & alijs eius-  
modi quam pluribus, quæ in catalogis videre est. Ita tandem Oldendorpius singulari cum  
laude doctrine, fidei, industriæ, sapientiæ com-  
mentarijs in varias iuris partes editis quamplu-  
rimis obiit Marpurgi Cattorum, anno 1567. die  
3. Iunij, de quo Petrus Nigidius senior vir opti-  
mus pariter & clarissimus ita cecinit:

*Magne Oldendorpi tu viuus Iuris asylum,  
Gymnasiq; tui sol rediuuus eras.*

*Dudum quandoquidē superas inuaserat oras,  
Cui solido à ferro nobile nomen erat.*

IOANNES OLDENDORPIVS. 141

*Qui numeret tua scripta, poli quoque sydera  
summa*

*Atq; maris fluctus is numerare velit.*

*Semper in ore tibi fuit hæc sententia Pauli:*

*Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrū.*

*Conijcere unde licet quātus pietatis alumnus*

*Extiteris canus decrepitusq; senex.*

S 3







ANDREAS CLVDIVS

IC.

**F**Rigebantur olim ab antiquis statuæ quadratæ sine manibus sine pedibus, cuiusmodi Hermæ apud Græcos fingi solebant, cum quadratis etiam literis. Eæ viris illustribus erant dicatæ, non aliam ob causam, quam quod eâ formâ, quæ sola perfectâ & absoluta esset, illorum virtutem sapientiamq; minime fluxam minimeq; mutabilem indicare vellent. Vnde Simonides virum quadratum, qui omnibus numeris esset perfectus, appellare solebat, vt est apud Aristotelem & Platonem: eum nimirû qui eodé sensu ab Horatio totus teres dicitur, atq; rotundus. Hac forma Hermathena in antiquo æreo nummo signata animaduertitur, Mineruæ scilicet caput galeatæ quadrato Hermæ adhærens: & qui Athenis vna nocte circumcisi ab Alcibiade, prætervnum Andocidis, Hermæ dicuntur, nō alios quam illustrissimorum hominum vultus

cum

cum inscriptionibus referebant. Huiusmodi enim Hermas Athenienses virtutis ergo clarissimis viris posuerunt, quod Hermarum fragmenta indicant, qui illustrium virorū nomina præ se ferunt. Verum dum Hermæ illi alijs ex locis in alia transportabantur, alijs literę tantū, capitibus deiectis, reliquæ manserunt, alij suis locis non satis diligenter cōpositi aliena capita in non suis pectoribus habuerunt: quod quidē aliquo modo ignoscendū. antiquo enim trunco antiquum caput restitutum fuit, nisi etiam quibusdam imaginibus non sua nomina addita fuerint. Rectius itaq; consultū nostro huic sæculo putamus, quo nobilissima ars illa Cryptica hisce incommodis remedium attulit. ea enim non veras solum virorum illustrium effigies ad viuū repræsentat, sed & suas suis Iconib<sup>9</sup> veras inscriptiones addit, & in omnem æuiterinitatem in Bibliothecarum sacrarijs religiose conseruat. Expleant ergo iam nunc tandem Bibliothecæ sua desideria, idq; summæ suæ felicitati adscribant, quod huius artificij tam illustri beneficio, nō Genium tantum illorum, quo-

quorum immortales animæ ijs in locis loquuntur scire, sed & desideratos eorundem genuinosq; vultus contemplari coram ipsis datum sit. In qua equidem Bibliothecarum re publica cum animaduernerimus quoque edita monumenta literaria amplissimi consultissimiq; viri Dn. Andreae Cludij IC. Illustrissimi Ducis Brunsvicensium Consiliarij, & in inclyta Academia Iulia Antecessoris præclara vestigia hætenus fecisse, atq; deinceps factura esse, optatos simul authoris vultus ibidem representari desideramus. At enim cū & virtus, & amplitudo, & doctrina summa atq; merita eius ampliff. pleniorum quidem & iustam narrationem requirant, nos verò hoc loci notationem potius quam descriptionem proponamus, breuitatis utiq; studiosi hæc quidem suo loco & tempore referuabimus, illam verò paucis pro more nostro subijciemus. Natus itaq; est Dn. Andreas Cludius anno salutis 1555. in Ciuitate ducatus Brunsvicensis Osteroda, ad Herciniam syluam sita, & tū ob mineras metallicas, tum ob loci amoenitatem & reipublicæ bene constitutæ fe-




licitatē celebri: Patrem habuit Ioannem Cludium, Ciuem ciuitatis istius spectatū & Senatorem primarium. Andreas ergo cum præclaræ indolis illustria indicia in primâ statim pueritiâ ederet, adeo vt & Musis & summis rebus agēdis natus videretur, parentum curâ & præceptorum fidelitate literarum studijs accurate imbutus fuit, & iuuenis tatum profecit, vt annorum 24. Reuerendissimi & Illustrissimi Principis & Dn. Dn. Hérici Iulij, postulati Episcopi Halberstadiensis & Luneburgensis fauorem mereretur, atq; ab eodē Illustrissimo Principe ad publicam iuris Professionem in Academiâ suâ Iuliâ ordinariē faciendâ honesto stipendio constituto deputaretur. Vnde anno 1579. biennio nimirum post, & ætatis anno 26. supremæ Laureæ honores, ac publ. Docturæ insignia in eâ ipsâ facultate vnanimi Academicorum cōsensu solēniq; actu collata accepit. At enim cū prænominatus Illustriss. Princeps singulari eius eruditione, diligentia, industriâ, fide atq; ingenuo animi cādore mirifice caperetur, adsciuit eum in numerū Consiliariorum suorum,

grauis

grauiſſ. negocia ei cōmittens, quæ aduocando  
 apud Imperiale iud. Camerae Spiræ tutaretur.  
 Nec verò ſolū prænominati Principis Conſi-  
 liarius & Aſſeſſor ſupremi Ducatus illius iu-  
 dicij factus, ſed & complures vicini Comites,  
 & primariæ nobilitatis viri ſuis ipſum negotijs  
 patronum delegerunt, quibus tum aduocan-  
 do, tum conſulendo operam ſuam fideliffime  
 aſſiduo præſtat. Tametſi vero tot tãtiſq; nego-  
 cijs diligentiam fidemq; ſuam deeſſe neutiquã  
 patiatur; ſtationem tamẽ ſuam in Profeſſione  
 iuris publicâ obeũdâ minime deſerit, ſed mu-  
 nere ſuo ſtrenue fungens nō Anteceſſor modò  
 Academicus ſuis auditorib. ſed ſtudioſe quoq;  
 poſteritati p̄clare conſulit: quippe auditorum  
 numeroſa frequẽtiã, omniũq; admiratione ius  
 hæctenus diligentiffime tot ann. p̄feſſus horas  
 ſeciſiuas, ſiquẽ tamẽ ſunt, inertes abire minime  
 ſiuit, ſed lucubrationibus priuatim inuigilans,  
 publicam ſtudiorum adeoq; poſteritatis vtili-  
 tatem velis remisque promouet, ſcriptis à ſe  
 in medium publice datis, quibus indelebilem

sibi suisque nominis celebrationem conciliat. Inter ea p̄cipue in Bibliothecis videmus Tractatum de Iure sequestrationis accuratissimū; & Materiam cōditionū. Libros autem quotidianarum cum alijs quampluribus in Iure ab ipso scripti; propediem lucem visuras ex auditorum illius relatione accepimus. Verum his de Dn. Cludio notatis nunc cōtenti deinceps ea quę virtus illius excellēs, eruditio summa & merita in remp. tam politicam quàm literariā præstantissima merentur, si non pro dignitate atq; merito, at pro animi saltē nostri in omnes studiorum Hierophantas virosque de republ. atq; patria præclare merentes propensione singulari dicemus.







Stolbergæ natus in Turingia,  
 Anno 1519.  
 Obijt Seruestæ Apoplexiâ  
 Anno 1568.

Multa forum plus aula tibi, schola plurima debet:  
 Etatis nostræ fama, sequentis amor.



IOANNES SCHNEIDVI-  
NVS IC.

**I**Oannes Schneiduinus Stolbergæ generosorum & illustrium inde cognominatorū Comitum, in eâ parte, quâ vetus nomen adhuc retinet Syluæ Herciniæ oppido natus est anno 1519. Ætate autem admodum iuuenili, & puer fere studiorum causa missus est VVittebergam, commendatus peculiariter Martino Luthero. Institutione vero domesticâ vsus Viti Theodori Theologi. Post annos ibidem complures in literarum, & Iuris Ciuilis præcipue, studia insumptos, in comitum Schvvarzburgicorum Aulam se vocatus contulit. Hic vbi toto quadriennio generosorum illorum & illustrium dominorum aulæ & cancellis dedisset operam, in eandem illam Academiam ad docendum Ius Ciuile reuocatus, tum in Schola, tum in foro, nimirum & Professor & iudicij Prouincialis Assessor æquissimus,

simus, iuri docendo dicundoq; vtilem nauavit operam & fidelem, annis XX. editis interim in aureolas illas Iustiniani, Imp. Institutiones commentarijs. Hos cum & fori hodie stylo accommodarit, & multis libellorum iudicialium formis locupletauerit, indicatis plærunq; iurum ciuilis tum Saxonici vel discrepentia vel diuersitate, non suis modò tum auditoribus profuit, sed studiosè quoq; posteritati perpetua nominis sui memoria consuluit. Tandem Illustriss. & Incltyti Dn. Electoris Saxonie Legationem fideliter obiens, mortem simul obiit Seruetæ, correptus apoplexiâ, anno Christi 1588. ætatis 49. Reportatus ab Hæredibus VVittebergam, magno cùm aulæ Electoralis tum Academię luctu sepultus est ad cineres illius, quæ supra diximus, hospitis atque Præceptoris sui Martini Lutheri.



Faint, illegible text or markings at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side or a very light stamp.







TOBIAS PAURMEISTERE-  
RVS IC.

**T**Obiæ Paurmeistero patria est Coch-  
statum, in medio fere & quasi vmbi-  
lico Saffoniæ sitū diœcesis Halber-  
stadiensis oppidum. Natus heic est initio anni  
1553. patre Ioanne Paurmeistero, viro integro &  
honesto, matre Gesa ab Holten, piâ & exempli  
singularis feminâ. In primâ autem ille ætate  
pietatis atq; literarum rudimenta in ludis tum  
patrio, tum Eglenſi percepit. Annos verò cum  
pubertatis attigisset, in scholam à parentibus  
missus est Magdeburgensem, quæ tempore il-  
lo nominis celebritate præstabat cæteris. Eo in  
loco Sigfridi Sacci, Dionysij item Dragédorf-  
ſij, & Georgij Rollenhagij discipulus atq; audi-  
tor fuit annis octo, aliter scilicet quã qui ætate  
iuuenili sedib<sup>9</sup> incertis oberrantes, puectiores  
tãdē dignas incurrūt poenas temeritatis & stul-  
titiæ. Porrò cum ingenij ille acumine esset præ-  
ditus singulari, facillimeq; à præceptorib. tradi-

ta assequeretur, suamq; naturæ dotibus diligē-  
 tiam deesse non pateretur; iam tum quis futu-  
 rus esset ostendebat. Ætate autem ibi studijsq;  
 confirmatis, & linguæ vtriusque fundamentis  
 bene iactis, in Illustriss. Marchionum Aca-  
 demiam sese ad Oderam cōtulit, anno Christi  
 1576. Hic cum doctrinæ eruditæ testimonium  
 adeptus, artiumq; optimarum Magister publ.  
 renunciatus esset, atq; in illam, quam I. C. ait,  
 artem boni & æqui sub Præceptore Rudolpho  
 Schradero, ceterisq; ibidem Iuris Professorib<sup>9</sup>,  
 summo animi conatu incubuisset toto fere  
 quadriennio, cæteras deinceps per Germaniâ  
 Academiâ perlustravit, atq; Friburgi Brisgoiæ  
 substitit. Eâ verò in Academiâ ita breui tùm  
 Professorum tùm studiosorū sibi animos con-  
 ciliauit, vt præ cæteris eum illi amanter com-  
 plecterentur, hi non commilitonem iam, sed  
 doctorē agnoscerent, vtq; publice ibi ius inter-  
 pretaretur, obnixè rogarent. Etsi autem id ibi  
 non agebat, neq; eo istuc consilio venerat, ta-  
 men cum docendo etiam nos discere, & publ.  
 institutionem animos ad vberiorē meditandi  
 ratio-

rationem excitare compertum haberet, obsecutus illis, publice ius ciuile, extra ordinē quidem, docuit, magnâ assidue auditorū frequentiâ; vt testantur adhuc tùm eiusdem Academię Antistites, tùm qui viuâ illius ibidē voce perfruebantur complures. Eandem verò doctrinę atq; virtutis præstantiam loquentur illi olim, quos premere eum adhuc cōperimus rerum politicarū atq; iuridicarum cōmentarij, cum quidem Laureæ supremæ Friburgi summo Academiae procerū studio decreti ipsi maximaque ætus publici festiuitate collati honores narrationi huic manifeste astipulentur. Mirabiles autem sui amores excitare solere Honestum, vere Platonem dixisse, & M. Tullium, suo cōprobauit exemplo Paurmeisterus. Etenim non vni Friburgenfes, sed vicini quoque regionis istius eum primates diligebāt. Nimirum inclytus & maxime Reuerendus Princeps & Dominus, Dn. Philippus Flachus, illustrissimi Ioannitarum ordinis Magister, Reuerendus item & nobilis amplissimusque dominus VVilhelmus Bocklinus, nec nō generosus ille

& de Christianis aduersus Maümetē præclare  
 meritis Baro Lazarus Schvëndius, gratiâ &  
 beneuolentiâ illum singulari profecuti, fami-  
 liari etiâ eiusdem consuetudine sunt delectati.  
 Quamuis autem hæ tunc illi forent occasio-  
 nes, functionesq; deferrētur non contēnendæ;  
 patriæ tamen præ cæteris operam suam deberi  
 agnoscens, vocationi Halberstadiensi obsecu-  
 tus est, finiente anno 1581. à Cathedralis ibi-  
 dem Ecclesiæ Capitulo constitutus Aduoca-  
 tus & Syndicus. Hanc verò cum prouinciam  
 annos totos XIII. probe administraret, indu-  
 striaq; & humanitate bonorum sibi omnium  
 animos conciliaret, neminem præ se conte-  
 mneret, sed pro ijs, quæ à DEO sibi concessa  
 agnosceret gratus, sua alijs dona cum honore  
 largiretur, deq; Spartâ hac deferendâ cogitaret  
 nihil: Consilij eum secretioribus atq; Cancel-  
 lis aulæ Halberstadiensis præfecit Reuerendis-  
 simus & Illustriss. Princeps & Dominus, Dn.  
 Henricus Iulius, postulatus Episcopus Halber-  
 stadiensis, & Dux Brunsvicensis atq; Lunēbur-  
 gēsis, à primâ adolescentiâ in liberalium disci-  
 plina-

plinarum studijs versatus, nec sapientiâ minus iudicijq; dexteritate, quam animi magnitudine Princeps excellens. Hoc ille cum munere fungeretur diligentia fideq; maximâ, & Legationes heri Clementiss. nomine, cū ad Imperij subinde Principes, tum ad Imperatorē ipsum susceptas grauitè dextre; expediret, sacrę etiam Maiest. fauorem atq; beneficentiâ meruit, anno 1594. Ratisbonæ in publico Romani Imperij conuentu, annumeratus Cæsarei Palatij Comitibus. Et hæc quidem de Paurmeistero, quem cum hæc scriberemus, apud prænominatum Principem ingeniorum censorem grauissimū, ita in precio esse audiebamus, vt credat ipsi non illa modò, quæ diximus, arcana aulæ consilia, & cancellos, sed Reinsteinenfis quoq; & Blanckenburgensis Comitatus nuper administrationē & tutelam; quod clarissimorum Germaniæ Poetarum affirmant Lipsiæ in eundem hunc Paurmeisterum editæ Panegyres.



160 F O B I A S P A R M E I S T E R V S  
dignum huius veritas. nec spicuum mian



Nascitur Lipsia  
Anno 1489 Obijt in  
Senſebis Anno 1562

Saxonica vixit qui Cancellarius aula,  
Pistoris talis pingitur ore Simon.




## SIMON PISTORIS JC. ET

*Cancellarius Elect. Sax.*

**S**IMON Pistoris Lipsiæ natus anno 1589. Patre Simone Pistoris Medicinæ Doctore, & Aula Saxonicæ Archiatro (cuius genitor Nicolaus Pistoris, & ipse Illustrissimi Saxonicæ Ducis Archiater fuerat) eruditæ familiæ huius claritatem maximis cum animi & corporis, tum fortunæ bonis, cum multorum admiratione magnopere accumulauit. Simo autem ille, ubi liberalia, præcipue verò Iuris studia; tum Germaniæ, tum Italicæ in Academijs absoluisset, in Academia Patria Codicis Professor Ordinarius ius interpretatus est toto quinquennio. Et si verò sorte ista & honoribus nō contemnendis contentus altiora minime appeteret, tamen Illustrissimo Principi Saxonicæ duci vocantū obsecutus, tandem Cancellarij officiorumq; in aula Saxonica magistri muneribus annis triginta, magnâ cum gloriâ perfunctus est. Commeatu tandem gratiose impetrato, dierum gloriæq; satur, obiit in pago hæreditario Seuselitz 3. Non. Decemb. anno Christi 1562. ætatis 72. Quædam eius lucubrationes & respōsa iuris siue Consilia prodierunt Lipsiæ cum Modestini filij Consilij. Porro Simon ille vt animi corporisq; dotibus secundus sæculo suo fuit nemini, ita fortunæ bonis plerosq; antecelluit, relictis post se liberis ac Nepotib<sup>9</sup> eruditis ac honoratis, quorum in monumentis viuit vigetq; præclara eius in omne deinceps æuū memoria. Edita præterea sunt Simonis Pistoris disputatio de Morbo Gallico, contra quâ scripsit Manardus Ferrariensis, & Castigationes in declamationes Alabandicas, quæ



fane non hunc nostrum Simonem, cuius formam appofuimus, fed patrem eius Medicum homonymum, authorem fuum fatentur.





Handwritten text at the bottom of the page, which is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side. Some faint words like 'Jena' and 'University' are visible.





MODESTINVS PISTO-  
RIS IC.

**M**Odestinus Pistoris Simonis Iuriscō-  
sulti & Cancellarij Saxonici filius, Si-  
monis verò Archiatri Saxonici Ne-  
pos, Nicolai, q̄ & ipse Illustriss. ducis Saxoniae  
Archiater fuerat Pronepos, Lipsiæ nat<sup>o</sup> est an-  
no 1516. Is à parentibus in omni literarū & vir-  
tutum studio à teneris educatus, prima erudi-  
tionis fundamenta in patriâ Academia posuit:  
inde in Italiam profectioem suscipiens totū  
quinquenniū omni liberali doctrina, in primis  
verò Iurisprudētia animum mirifice excoluit.  
Quare patriam iam confirmatâ eruditione re-  
petēs, in ealegum Doctor creatur, & eiusdem  
facultatis Ordinarius Professor constituitur.  
Quam Spartam cum more maiorum suorum  
excellenter ornaret, ab Illustrissimo Saxoniae  
Electore inter Consiliarios adscitur, & iudicij  
Curialis Assessor perpetuus deputatur. Quin-  
& Proavi Consulis Lipsensis & aui Medici &  
Patris

Patris Iurisconsulti, præstantissimorum exemplò per multos annos Consulari dignitate Lipsiæ in patriâ fungitur. Tandem magnâ cum laude dignitatis, virtutis, sapientiæ, iustitiæ, magniq; illius Modestini I.C. Rom. vt nominis ita ingenij ac studij consors dignissimus, non tam ætate consumptus, quàm laborum pertinaci assiduitate fractus, cum maximo, nō suorum modò, sed totius Reipub. extern. quoque luctu, pie ex hac vita excessit anno salutis 1565. ætatis 49. M. 9. D. 7. Editum est Volumen eius Responsorum Iuris seu Consiliorum Lipsiæ, quo opere tum sibi tum Nepotibus suis nomē indelebile in omnem æuiternitatem acquisiuit.











menta in patriâ feliciter iecisset , exterarum nationum inuisit , in primis in Italiâ & Galliâ Iuris prudentiæ incubuit , in quâ Auinione summum Doctrinæ gradum cum laude est consecutus. Cum hac ratione rarâ animi prudentiâ & vitæ integritate insignis esset , post aliquot annos Basileam redijt , & leges ciuiles publ. in Academia enarrauit , magnâ cum laude per ann. 20. & amplius , adeo vt omnium doctorum ora in se conuerteret. Non enim modò alios eloquentiâ & eruditione vicit , sed & cum veteribus certasse videri poterat : itaque multoties occasio oblata emergendi & ad altiora aspirandi , præsertim cum à quibusdam Principibus ad consilia , & in Italiam insuper studiorum matrem ad leges publice exponendas , liberali stipendio vocaretur. Verum ipse pro innatâ modestiâ patriæ cum docendo , tum de iure respondendo se dare maluit , suâ sorte contentus. Nihilominus Principibus ad id requisitus consilia dedit , suâque eruditione atque virtutibus patriæ ornameto fuit.

Erat Bonifacius proceræ staturæ , imberbis  
& fa-

& facie liberali insignis. Verba cum magnâ grauitate proferebat, pietatem erga DEVM, charitatem erga proximum, & raram liberalitatem erga pauperes, præsertim literarum cultores, exercebat. Itaq; Erasmus Bonifaciũ hæredem elegit, & cum Hieronymo Frobenio, & Nicolao Episcopo Typographis, testamēti sui executorem constituit. Duxerat is vxorē Martham Fuchsiam magnæ pudicitie feminam: ex qua progenuit Basiliũ, qui patri in possessione successit, eundē pari gratiã & eruditione referēs iura publice p̄fessus. Cum autē vxor Maria fato functa esset, Bonifaci⁹ amore dilectę coniugis in viduatu vltra decennium permanfit, publicam Lectionem resignans, vt cōmodius priuatis studijs & patriæ negotijs inuigilaret. Multa suæ virtutis is documēta reliqt. Quare cum hoc modò vir omniũ seculorũ memoriã dignissim⁹, cunctisq; ob vitę innocentiam gratissimus, tandem Kl. Maij anno salutis 1562. ætatis vero suæ 67. cū totius Academiae & vrbis luctu obijt, sepultus in cœnobio Carthusianorũ. eo enim in loco annos ante 18. parentib. sibi, vxori

& liberis monumentum præparari fecerat, cū sequenti ad parietem inscriptione.

*Quo nullus suo sæculo fuit, cum in excudendis libris nitidior, quod sumptuosæ dexteritatis est, tum in iisdem ad veterum exemplarium fidem restituendis diligentior, quod eruditionem & laborē requirit, Ioannes Amerbachius hic cubat, cū Barbara Ortenbergia, singularis pudicitia feminā, ac Brunone Basilioq; filijs, præpro opere quidem hinc ereptis, sed tamen eruditione sua trilingui per laboriosissimam Hieronymianorum operum recognitionem, quibus docti ubiq; gentium fruuntur, orbi toti commendatā. Bonifacius Amerbachius parentibus & fratribus optimis, sed & Martha Fuchsia uxori suæ, Christianarum virtutum dotibus incomparabili, cum Ursula ac Hestere duabus filiolis hic quiescenti: item sibi ipsi, liberis suis superstitis, Faustina Basilio, Iuliana, posterisq; in fragilitatis memoriam F. C. parentibus fratribusq; iam olim, uxore verò in ipso atatis flore cum filiolis haud ita dudum huc expectandi censorij nouissimi diei ergo collocatis anno 1544. Cal. Febr.*

Scriptit Epistolam de vrbe Basilea insertam

Cosmo-

BONIFACIUS AMERBACHIVS. 173

Cosmographiæ Sebastiani Munsteri: Item cō-  
mentationes *ἁπὸ ἰστορίας καὶ ἔργων.* Item *ἁπὸ ἔργων-  
σίων καὶ ἀποσίων.*







SEBASTIANVS BRANDVS,  
qui & Titio.

**S**Ebastianus Brand, qui & Titio, Argentorati vrbe sacri Imperij liberatus, anno 1458. Artium humaniorum Basileæ perfecto Magisterio, earum exornandarum atq; illustrandarum studio flagrans incredibili, optimos quosq; autores in publicū proposuit, & ab interitu vindicauit: magnum & patriæ & sibi passim nomen comparauit, Poeta pariter & vtriusq; Iuris Professor seculi sui eximius. Tandem præstatis ingenij monumentis in vtraq; facultate relictis quamplurimis obiit Argentorati, anno Christiano 1520. de quo Treutlerus elegantissime cecinit:

*Primus es hoc seculo prauos ostendere mores*

*Ausus, iudicio plenus & ingenio:*

*Et sua sunt studijs cunabula, si quid in arte*

*Culpatur, veniam tempora forte dabunt.*

Scriptit

Scripsit Rosarium Diuæ Mariæ sapphicum  
 in laudē Virginis; Ænigmata veteris testamē-  
 ti: De virginali conceptu possibili. Admira-  
 tionem Mariæ adueniente Angelo. Salutatio-  
 nem Angeli. De locis mirificis Beatæ Mariæ.  
 Compassionem Virginis: Consolationē Chri-  
 sti ad matrem. De Colaphis Christi. De ingra-  
 titudine edentium Manna. In laudem S. Seba-  
 stiani. Vitam S. Onuphrij. in laudem S. Valen-  
 tini. in laudem S. Iuonis. Vitam S. Bernhardi.  
 in laudem ordinis Carthusien. De contemptu  
 seculi. Laudes Beatæ Christianæ prope Basileā.  
 Contra aduocatos calumniantes. De captiui-  
 tate regis Maximiliani. Elegiam in mortem  
 Imperatoris Friderici III. Variorum Epigram-  
 matum libr. I. De stultorum nauicula Satyras  
 plane diuinas carmine latino & Rhythmis etiā  
 Germanicis. Iuris Canonici & ciuilibus omnium  
 Titulorū expositiones siue declarationes, im-  
 pressas Basileæ apud Michaelē Furter 1505. ex  
 recognitione auctoris, cum libello Ioannis Ba-  
 ptistę de Cazalupis, de modo studendi in vtro-  
 que Iure. Varia Epigrammata in laudes San-  
 ctorum.

etorum. Epithalamium Maximiliani Regis & Blancae Mariae Reginae Rom. &c. Idem in Germanicam linguam transtulit librum Moreti de moribus iuuenum, impressum Argentinae an. 1508. Scripsit etiam res memorabiles Evangelistarum: Item librū, quem inscripsit Chronica Germaniae, praesertim Alsaciae & urbis Argentoratensis, impressum cum Germanicis Chronicis Hedionis. Item de Origine & conuersatione bonorum Regum & de laude ciuitatis Hierosolymitanæ. Præterea scripsit in quædam opera Baptistæ Mantuani commentarios Parisijs impressos.

Z









NICOLAUS CISNERVS IC.

**N**ICOLAUS Cisnerus nascitur anno 1529. in Mosbach sub Palatini Elect. iurisdictione oppido, vbi à parentib<sup>9</sup> in omni virtutum genere educatus, varia deinde Gymnasia perlustrauit, adeò vt in virum spectatæ industriæ & virtutis euaderet, qui multiplice & exquisitâ omnium pœne literarum scientiâ præstaret. Iuris studium amplexus tantâ felicitate profecit, vt Philosophiæ & iurisprudentiæ Doctor crearetur celeberrimus. Erat in illo vitæ integritas, & docendi singularis industria & promptitudo. quod cum Heidelbergensis Academiae proceres cognoscerent, Antecessorem iuris Ciuilibus eum constituunt solertissimum: anno 1562. in promotione aliquot Iuris Doctorum Orationem præclaram de Friderico Cæsare habuit. Dein supremi Camerae Imperialis iudicij Assessor annis XVIII. fuit integerrimus: Postea Proiudex & Senator Illustris-

fimi septemviri Curia Palatina dignissimus, permultis in omni doctrinae genere ac praesertim in iure libris scriptis immortalem sui nominis laudem & gloriam apud omnes mortales reliquit sempiternam. Tandem iustitiae & Aequitatis antistes, praesefq; Opt. max. Musarum & Historiae cultor eximius, pie sancteque mortuus decessit Heidelbergae, anno sal. 1583. prid. Id. Martij. Aetatis anno LIII. M. XI. D. VI. Edidit Hymnum de Natali Domini Iesu Christi excusum Wittebergae 3. quaternionib. Orationem & Idyllion de comparatione Veris & Autumnii, vtra pars anni plura humano generi commoda conferat, ibidem 7. quatern. Epithalamium in Nuptias Arnoldi Obsopœi & Euæ Reginae. Descriptionem exercitiorum & lusuum equestrium, quibus nostris temporibus nobiles vti solent. Catalogum item praecipue Nobilitatis in Palatinatu & in vicinia, adiectis Historicis quibusdam Principum Palatinorum, in descriptione Nuptiarum Philippi comitis ab Hanavv, & Helenæ filia Palatini Rheni & Bauariae ducis. Interpretationē psal.

77. versibus Lyricis factam. Encomiũ coniugij  
 in nuptijs Dauidis Chytræi, & odas aliquot ad  
 Princip. Ioan. Albertum Megapolitanũ, Item  
 alia quædam Epithalamia & Epicedia. Præte-  
 rea de ratione exercendi stylum ad imitationẽ  
 veterum libros quatuor. Cõmentaria item in  
 Aristotelis Ethica cum designatione artificij.  
 Orationem de Ottone III. Imperatore. Acta  
 visitationis Camerae Imperialis in certos Ti-  
 tulos digesta, cum explicationibus, additioni-  
 bus &c. Germanice. Orationem de Friderico  
 Imperatore. super ff. nouel. s. priusquam. Eius-  
 dem operã & diligentiam libri 7. Annalium Bo-  
 iorum Ioannis Auentini ex authenticis manu-  
 scriptis codicibus recogniti, restituti & aucti  
 prodierunt. Item Epitaphia & Carmina eius-  
 dem, quæ memoriæ illustriss. Principis & Ele-  
 ctoris, Dn. Friderici III. Comitis Palatini ad  
 Rhenum, eiusdemq; inclytæ coniugis D. Ma-  
 riæ Brandeburgicæ, & illustriũ duorum Prin-  
 cipum, Dn. Hermanni Ludouici & Christo-  
 phori consecrauit.





IOANNES LVDOVICVS VIVES  
VALENTINVS.

**I**oannes Ludouicus Viues Valentinus, natione Hispanus, sapientiæ illius verè, non humanæ solum, verū etiam diuinæ in omni vita studiosissimus, quam & summâ cum laude eloquentiæ & virtutis plurimùm illustrauit, lucubrationibus de ea editis, & doctè prorsus & accuratè cōscriptis, probatus vir industriâ patientiâ, labore, animiq; magnitudine: Cuius immortalis famæ gloria, idq; meritò, quo ad sapientiæ cultū in omne æuū viuēt perpetuo, magno sui desiderio bonis omnibus relicto, obiit Brugis Flandrorum, anno 1541. Scripsit de ratione studij puerilis Epistolas duas, quibus absolutissimam ingenuorum adolescentum & puellarum institutionem doctissima breuitate complectitur. Introductionem item ad veram sapientiam. Satellitium animi siue symbola, ad omnem totius vitæ maxime principum institutionem mire conducentia. De conscribendis Epistolis libellum impressum cum Erasmi Roterodami compēdio eiusdem argumenti. Latinæ linguæ exercitationem, cum Ioan. Thomæ Fregij notis ex præstantissimis quibusq; autoribus desumptis, illustratam. Præterea scripsit in Bucolica Vergilij interpretationem. Libellum de somno & vigiliâ. Rhetoricæ siue de recte loquendi ratione libros tres. item de cōsultatione librum vnum. De corruptis artibus & tradendis disciplinis libr. 20. Librum contra pseudodialecticos. De virtute fucatâ librum. De animâ & vita libros tres. Declamationes sex. De præsentī statu Europæ & bello Turcico, diuersa opuscula. De concordia & discordiâ in humano genere lib. 4. De pacificatione lib. 1. de Christianorum vita miserrima sub Turca libr. vnum. De subuentione pauperum siue de humanis necessitatibus libros duos.

Sacrum

Sacrum diurnum de sudore Christi. Concionem de nostro & Christi sudore. Meditationem de Passione Christi in psalmum 37. De institutione feminæ Christianæ libros tres. De officio mariti librum, Excitationes animi in Deum. Preparationem animi ad orandum. Commentaria in Oratione Dominicam. Precationes & meditationes quotidianas generales. De veritate fidei Christianæ. Commentaria in Aurelium Augustinum de ciuitate Dei. Argumenta in plerosq; libros Philosophiæ Aristotelis, cum ipsis Operib. Aristotelis impressa Basileæ apud Oporinum. Transtulit etiam Isocratis duas Orationes, Areopagiticã videlicet & Nicoclem. Scripsit præterea vsus linguæ latinæ. De communionem rerum. De sudore. Progymnasmata. Item descriptionem temporũ & rerum Romanarum sub Ioannis VVarfenij nomine Louanij edita, paucis mutatis. Libellum de charitate DEI & proximi nõdum editũ. Desideratur etiam farrago Epistolarum eius & quædam alia, quæ fortassis, dante Deo, aliquando publicabuntur. Item scripsit de prosperis & aduersis, Epistolam ad Henricum VIII. Angliæ Regem de Francisco Gallorum Rege à Cæsare capto. Item aliam de pace inter Cæsarem & Galliæ regẽ, deq; optimo regni statu. De tempore quo natus est Christus. Clypei Christi descriptionem. Triumphum Christi. Orationem Deiparæ. Veritatem fucatam. Animam senis. Initia sectarum & laudes Philosophiæ. Fabulam de homine. Præfationem in Georgica Vergilij. Itẽ in Ciceronem de legibus. Genethliacon Christi: Ædes legũ Pompeium fugientem. Epistolæ eius selectiores operã Simonis Verrepcei editæ sunt Antuerpiæ an. 1577. Omnia eius Opera, quotquot in lucem edita voluit præter Cõmentaria in Augustinum de Ciuitate Dei, duobus Tomis edita sunt Basileæ apud Episcopium Iuniorem anno 1555. in folio, in ijs præter ea, quæ commemorauimus, quædam alia quoq; continentur.









IACOBVS LATOMVS, THEO-  
logus trilinguis, pater sine Senior.



STAT præclarum elogium de viro doctissimo IACOBO LATOMO, cuius effigiem hic præferimus, scriptum Authore Arria Montano, cuius iudicium docti omnes faciunt plurimi:

*Ædificat Latomus multa & præclara disertus,*

*Disponensq; manu construit artificii.*

*Qui loca quæserit fidei bene commoda nostræ,*

*illa petat doctus qua posuit Latomus.*


Summa enim fuisse eloquentiâ virum & non Theologiæ modò sed & Philosophiæ studiosissimû manifeste declarat, vt & trium linguarum peritissimum. Scripsit enim de trium linguarum & studij Theologici ratione dialogos duos; item de confessione secreta librum. Scripsit etiâ contra articulos Martini Lutheri. Responsionem ad libellum à Martino Luthero emissum pro articulis à Theologis Louanienfibus damnatis. De primatû Pontificis aduersus Lutherû. De varijs quæstionû generib. quibus certat Ecclesia intus & foris. De ratione obligandi humanæ legis. De confess. secreta. Ad Helleborum Ioan. Oecolampadij responsionem. De fide & operib. De Monachorû institutis, votis & obligationib. De trium linguarû & studij Theologici ratione Dialogum. Pro dialogo de tribus linguis Apologiam. Aduersus librum D. Erasmi de sarcienda Ecclesiæ concordia. Confutationû aduersus Guilielmum Tindalum libros 3. De matrimonio, De quibusdam articulis in Ecclesia controuersis. Disputationem quodlibeticam tribus quæstionibus absolutam: quæ

omnia excusa sunt Louanij, 1550. apud Bartholomæum Grauium. Claruit anno 1520. Louanij.

IACOBVS LATOMVS


*filius sue Junior.*


Filium reliquit homonymum, Iunioré dictum. Is triginta Psalmos Daudis, in quibus septem sunt quos vocant pœnitentiales, in Carmen conuertit: Item alios Psalmos carmine edidit, excusos Antuerpiæ à Plantino 1571.







  
**IO ANNES LATOMVS THEO-**  
*logus & Historicus, Decanus Collegij Ca-*  
*sarei S. Bartholomai, Francfor-*  
*ti ad Mœnum.*


**I**oannes Latomus, tùm natione tùm  
 familiâ diuersus à Iacobo Latomo,  
 cuius effigiem proximè præmisimus,  
 patriam habet Francfordium, Rom. Imperij  
 nobile Emporium, vbi 24. Ianuarij die, anno  
 M. D. XXIV. natus est parentibus honestis  
 & mediocri fortunâ; Patre videlicet Ioanne  
 Latomo Senatore eiusdem Reip. Is ergo ho-  
 neste educatus à parentibus bonas literas pri-  
 mò in patria imbibit, ac natus annos 13. Co-  
 loniam ablegatus est, vbi vberiore discipli-  
 narum copiam est affecutus, in Mótano Gym-  
 nasio præceptoribus vsus bonis & mediocriter  
 cruditis: post biennium auocatus Moguntia  
 substitit per bienniũ, Rhetoricam ibi edoctus.  
 Inde Friburgi Brisgoiæ triennium exegit, vs-  
 que ad Magisterij Lauream adeptam. Ha-  
 buit ibi præceptores d. Glareanũ, quem pluri-  
 mum

mum coluit, amauitq; & Doctorem Ioannem  
 Zinckium, qui Stofleri discipulus fuit. Tan-  
 de in patriam reuocatus anno M. D. XLV.  
 Ecclesiæ inferuire cepit. Motis verò deinde  
 varijs tumultibus & bellis, à quibus Frácfordia  
 immunis non fuit, varios est expertus insultus.  
 Inter hæc cum varijs morbis conflictatus, de-  
 cennio (quantum licuit) quietè exacto, in De-  
 canum Collegij Cæsarei ad D. Bartholomæũ  
 ibidem electus est anno 1561. in quâ prouinciâ  
 obeundâ, tam quietè est conuersatus, vt Reue-  
 rendissimo & Illustriissimo Principi Mogũtino  
 admodum charus esset. Patriæ autem ciuibus  
 acceptus erat, nec Senatui displicebat. Equidè  
 publice ita se gessit, vt non Principum modò,  
 sed & Cæsareæ Maiestatis commissiones me-  
 ruerit, easq; non infeliciter curarit. Cum enim  
 patriæ Senatus grauem & diuturnam litem a-  
 leret cum conciuuium primariorum aliquo, eo  
 tandem defuncto, à Cæsare Commissarius de-  
 signatus rem omnem summâ cum æquitate  
 composuit. Vfus est præterea Cæsarei operâ  
 in librorum, qui in Nundinis ad Emporium  
 illud

illud venales importantur, inquisitione, quo officio exequendo varias molestias passus, tandem illud in manus alterius resignauit, cum videlicet senectus laboriosa labores eos amplius non sustineret. Priuatim verò ita prouexit Ecclesiæ commoda, vt à suis ipsi gratia meritò debeat: à primis enim annis deditus dicitur; sacris fuit, nec quicquid prius habuit, quam Deo & rebus diuinis inferuire. Quare cum tam publice, quàm priuatim ab omnibus præclare mereretur, genus familiamque suam per se quidem laudabilem & honestam ipse primus maxime illustrauit. Demum plurimis attritus morbis, curis & sollicitudinibus, senex de Ecclesiâ & bonis omnibus optime meritus, rude donatus Iubilæum in patriâ celebrauit actu publico & summâ cum solennitate, anno 1595. s. Id. Iunij, posteaquã amplius 50. annis Choro cum laude & deuotione inferuisset: cui festiuitati carminibus suis gratulatus Teucrides Annæus Lonicerus Priuatus inter cætera ita eum alloquitur:

*Instar enim vitæ melioris & optimæ rectæ*



*Regula censura, atq; cui sine labe peracti  
Exemplum incedis, vnaq; in imagine lucet.*

His moribus, his meritis amplissimis incauto irrepsit senium, ita tamen vt nec vixisse ipsum pœnituerit hactenus, nec deinceps pœniteat. Quod verò vitæ superest, totum id in gratiarum actionem & laudem DEI impendere cogitat, dum iam anhelantem, fessumq; & annos LXXV. agentem mors expectat & sepulchrum. At verò nec sic quidem morietur omnis. maxima enim pars eius vitabit Libythinam, & doctus per doctorum ora volabit viuus, nominis sui celebratione tum sibi, tum patriæ æternum decus conquiriturus. Scripsit enim pulcherrima quædam opera, inter quæ Precum horariarum Moguntinæ Ecclesiæ libellus, quem Breuiarium Moguntinum vocant, maxime celebris habetur: eundem libellum deinde in compendium siue Diurnale contraxit. Fecit Historiam de Mogūtinis Episcopis, multo diuturnoque labore, plus quam ex centenis Historicis erutam: & alteram Austrasiæ Principum, cum Iconibus illorum, Vxoribus.

xoribus & sepulturis, à Carolo Hasbano vsque  
ad Philippum III. Hispaniarum Regem, qui  
nunc præest. Antiquitates patriæ suæ Franc-  
fordiæ, quotquot earum haberi potuerunt, di-  
ligenter collegit & in Commentaria redegit.

Bb 2





Nascitur Norimbergae  
 An  
 Obijt Vienna an 1534



Par tibi cum summis debetur gloria, nam tu  
 Par calamo summis ingemora viges



**IOANNES COCHLÆVS THEO-**  
*logia Doctor & Decanus B. Mariæ Virgi-*  
*nis Francfordij ad Mœnum.*



**I**OANNES Cochlæus Norimbergâ ciuitate liberâ Imperiali natus circiter annum 1503. felici ingenio & vigilanti studio literis operam dedit, in primis verò Theologiæ incubuit, vnde multijuga instructus eruditione Doctoratus in ea facultate insignia consecutus est. Hic ab adolescentiâ Luthero & Philippo Melächthoni restitit, Catholicorum partes acerrime defendens. Moguntia primùm ad S. Victorem, post VVormatiæ Canonicus factus est; Anno 1521. VVormatiæ suâ sponte Lutherum accessit, atq; ei ad ignem vsq; disputationem obtulit. Huic cum Lutherus respondere vellet, Comes quidam assidens suam autoritatem interposuit. Postea Augustæ Vindelicorum in Comitijs anno 1530. fuit, & cum Eccio contra Protestantes disputauit. Hinc factû, vt Francfordiensis Decanus in monte B. Mariæ Virginis constitutus sit. Erasmo Roterodamo fuit familiarissimus. Ratisbonæ anno 1546. cum Maluendo & Bilickio contra Bucerum & socios in colloquio disputauit. Tandem Vratislauia, vel, vt alij habent, Viennæ, obiit anno 1552. Scripsit is primò Grammatices rudimenta. Postea aduersus nouam apud Bernenses reformationem. Item de Canonica scripturæ, & Catholica Ecclesiæ autoritate; de animarum Purgatorio, de potestate generalis Concilij, & aduersus Melanchthonis locos communes, vnde apud multos magnâ gratiâ iniiit. Scripsit item sacrificij ac sacerdotij nouæ legis defensionem aduersus

VWolfgangi Musculi arrosiones: in quatuor Andreæ Osiãdri coniecturas de fine mundi velitationem: Philippicam sextã contra Melanchthonem: de nouis Hebræorum translationibus sacræ scripturæ disceptationẽ. de potestate generalis concilij 30. testimonia per quinque discrimina. Refutationem 30. articulorum, qui VVittebergæ disputati sunt. Septuaginta sententias in generali concilio. De factis ac dictis Martini Lutheri libros aliquot: de Petro & Roma contra Velenum: breues confutationes contra quinquaginta articulos Lutheri ex 36. sermonibus eius exceptos: Commentarium in libellum Lutheri contra seditionem rusticanam. Catalogum seditionum per diuersas Germaniẽ partes exortarum. Contra Epistolã Pomerani ad Anglos scriptam. De Christo pro & contra. Ad Bernenses contra disputationem ne fieret. Librum qui inscribitur Lutherus septiceps. Apologiam pro duce Georgio ad Electorem Saxonix. Responsonem contra mendacia Lutheri pro duce Georgio. De missa & transubstantiatione: contra chronica Franci. De missa & consecratione sacerdotum contra Lutherum. De 27. articulis Anabaptistarum. Ad Iustum Ionam, de missa contra Luth. ad Regem Scotiæ contra Alefium & Melanch. De autoritate conciliorũ. Contra Catechismũ Moibani. contra araneas Morysini Angli, contra Ioan. Sturmium de consilio Cardinalium delectorum. Relationẽ compendiosam ad Regem. Epistolam ad Principes & status partis Catholicæ. Philippicas 4. contra Melanch. Contra eiusdem Apologiam & confutationẽ Didymi Fauentini. De matrimonio regis Angliæ. Defensionẽ Roffensis Episcopi & Thomæ Mori. Propositiones 153. aduersus 70. propositiones Luth. contra antinomos. Libellum, vtrum is, qui non est ab Episcopo aliquo consecratus, Eucharistiam per verba consecrationis conficere queat. Colloquium cum Luthero habitum VVormatix. An

tia; An liceat duas vxores habere simul. De vera Ecclesia; de ordinatione Episcoporum & presbyterorum, & de Eucharistiæ consecratione. Philippicam quintam. Contra 18. articulos VVittebergensium de peccato originali, & 21. de fide iustificante. Defensionem ceremoniarum Ecclesiæ, contra tres libellos Ambrosij Moibani: Quadruplicem rationem concordia super confessione Augustana. De inuocatione sanctorum, eorumq; intercessione, & de reliquijs imaginibusq; eorundem, contra Bullingerum: Historiam de vita Theodorici Regis Ostrogothorum & Italiae. De modo & vsu orandi antiquo. Miscellaneorum libros tres, qui diuersos continent tractatus 30. Considerationem de Concordia tractatu, contra duo scripta Lutheranorum. Repliam in Musculi Anticochlæum & Antibolen Bullingeri: atque in quædam scripta Buceri. In Nycticoracem noui Evangelij. De Veneratione reliquiarum contra Caluinum. De Interim contra eundem. De seditiosis appendices tres ad librum Brunii. Historiæ Hussitarum libros 12. Philippicam 7. in Melanchthonem, Speculum antiquæ deuotionis circa missam. Rudimenta Musicae & Geometriae, in quibus verbis Norimbergensis laus continetur. Commentationem in Meteora Aristotelis. Exhortatio ad Germaniam de inuocatione Sanctorum. Responsum ad singula puncta Confessionis protestantium Principum Augustæ exhibitæ. Discussionem omnium Confessionis & Apologiae Augustanæ articulorum. Edita est eiusdem & Arnoldi Vesalensis quadruplex consideratio super Confessione Augustana Protestantium quorundam anno M. D. XLIIII. sed forte idem liber est cum eo, qui supra notatur, de quadruplici ratione concordia super Confessione Augustana. Eius item de actis & scriptis Martini Lutheri Historia ab anno

ab anno 1517. vsq; ad annum 1546. in Germanicam linguam  
transtulit Ioannes Christophorus Huber. Scripsit insuper  
de resolutione Imperatoris Caroli V. ratione Interim. Atq;  
hæc de Cochlæo Decano Francfordiensi ad Mœnum.



REPUBLIC OF INDONESIA



DIJABANGKANTOR  
KEMENTERIAN PENDIDIKAN DAN BUDAYA  
JALAN HIKMATI NO. 100  
JAKARTA BARU 10130







JOANNES DE INDAGI-

ne Theol. & Astronomus, Decanus

ad S. Leonhardum Francfordij

ad Mœnum.

**I** OANNES DE INDAGINE VIR  
 politioris literaturæ, & S. Theologiæ  
 studiosissimus, edidit suis impensis  
 Librum introductionum Apotelesmaticarũ  
 in Chiromantiam, Physiognomiam, Astrolo-  
 giam naturalem, cum Periaxiomatibus de fa-  
 ciebus Signorum, & Canonibus, de ægritudi-  
 nibus, nusquam fere simili compendio tracta-  
 ta. Liber Argentorati est impressus in folio an-  
 no 1522. cum viua authoris effigie in titulo præ-  
 formata. Cuius exēplaris copia cū per oppor-  
 tune nobis ad manũ esset, adhæc materia ipsa  
 luculenter authoris eruditionẽ præclaram at-  
 que ingenium excellens argueret, plane dignũ  
 hoc opere nos facturos putauimus, si eã occa-  
 sionem hic non prætermitteremus, maximè  
 cum vera effigiatione, quæ nostra in hoc opere

principalis est intentio, apponere in promptu fuerit. At enim cū de vita eius quędam in medium afferenda sint, ea saltem attingemus, quę à viris fide dignis, qui notitiam familiaritatēq; eius coluerunt, relatu accepimus, potissimum quantum ex Epistola eiusdem ad Ottonem Brunfelsium scripta colligere erit. Floruisse eum anno 1522. indicium ea facit, parochiamq; tum in Steinheim oppido ad Mœnum amnē sito diœcesi Moguntinensi curasse, cui annos 49. munere suo præclaro fungens præfuit, adeò vt ob singularem vsū rerum plurimarum & eruditionem non vulgarem Legatione ad pōtificem Romanum suscepta Pallium Archiepiscopale pro Reuerendissimo Moguntino redimere præ cæteris meruerit. Fuisse eum DECANVM Collegij S. Leonhardi Francfordij ad Mœnum, tum ij qui eius notitiam habuerunt, recte meminerunt, tum ex eadem Epistola manifeste liquet. non solum enim apertis verbis hisce id testatur, dum ita scribit ad Brūfelsium: DECANVS esse debueram, vt scis. atqui minus censeor, quam asinus Ægyptiacus;

hæc

hæc ferunt nobis hæc tempora. regnare volūt omnes, subesse nemo. Item, Quis ergo pro DE-CANO hodie subulcus esse non velit? sed et aul- las Principū se annis duodeviginti fecutū ibidē fidem facit, vbi simul alia æui sui incommoda deplorat. Astrologiæ studiosissimus fuit. quo in studio adeo excelluit, vt inter præcipuos in eo genere haberetur. De quo qui plura deside- rat, Epistolam eam, cuius modo mentionem fecimus, accuratius perlegat, & sibi abunde sa- tisfactum norit.

C c 3



JOHANNES DE INDAGINE  
PATER NOSTER NOBIS PATRIBUS REGNARE VOLES



*Res mundi gestas, et coeli sidera noram:  
Ima simul debent et supera alta mihi.*



BILIBAL. BIRKHEIME-

*rus Norimberg. Historicus.*

**B**ILIBALDVS BIRKHEIMERV S  
 patritiâ gente Norimbergæ vrbe Im-  
 periali natus anno 1501. omni liberali  
 doctrina politissimus, artibus dicendi hinc in-  
 de in Academijs perceptis, in primis Historia-  
 rum Lectioni se dedit, Mathematicumq; studio  
 clarus fuit. quarum disciplinarũ egregijs post  
 se relictis monumentis patriæ Germaniæ illu-  
 stradæ operam impendit fidelem. Eo itaq; no-  
 mine doctis gratissimus erat. Accedebat ad  
 eius eruditionem vitæ integritas, & prudentia  
 singularis. Id cum Maximilianus Cæsar cogno-  
 uisset, recepit eum in curiam suam, vt à Consi-  
 lijs esset, sæpiusq; cum eo de rebus priscis fa-  
 miliariter conferebat. Postea Senator Norim-  
 bergensis electus, in ea Repub. in summâ auto-  
 ritate fuit, in primis Erasmo Roterodamo ob  
 multifariâ eruditionem familiarissimus. Scri-  
 psit Germaniæ ex varijs authoribus perbreuë  
 explica-

explicationē, præterea de prischorū numismatum, ad Norimbergensis monetæ valorē. Fuit autē Græcarum pariter & latinarū literarū peritissimus, & Xenophōtis lib. 7. rerum Græcarum latinitate donauit. pari modo orationes 30. Nazianzeni ex Græco vertit: ad Oecolampadiū de vera Christi carne & vero sanguine in Eucharistia scripsit, qui libellus Norimbergæ edit<sup>9</sup> est an. 1526. Tandem optime de Republ. Christiana meritis obijt Norimbergæ anno Christi 1531. Præterea Nazianzeni libellum de Officio Episcopi latinum fecit. Ex Plutarcho transtulit opusculum, de ijs, qui à DEO serò puniuntur: & aliud, Quod non oporteat mutari. primum librum Cl. Ptolomæi Latinitate donatum commentariolo illustrauit. Scripsit etiam de ratione conscribendæ Historiæ. Item Defensionem Podagræ impressam Argentinæ 1570. Et ex græco transtulit quosdam Dialogos falso Platoni inscriptos.









ALARDVS AMSTELRED A-

*mus Philosophus.*

**A**Lardus apud Belgas honesto loco natus, & in omni genere literarū optime educatus, vbi rudimenta Philosophiæ in patriâ pcepisset, sese Coloniam & Louanium contulit, atq; humaniorib<sup>9</sup> studijs felici successu operã dedit. Itaq; cum præclarã eruditionem sibi cõparasset, inter Professores publicos Louanij receptus fuit. Erat Alardus Græcæ & latinæ linguæ peritissimus, atque artium dicēdi singularis æstimator. Itaq; omnia Rudolphi Agricolæ opa emēdauit atq; doctis scholijs egregie illustrauit anno 1529. Postea quoq; de Inuentione Dialect. Epitomē scripsit atq; Ecclesiastē iuxta omnes locos inuentionis Rudolphi pposuit. Præterea mirabilia sui ingenij documenta reliquit. hinc factū, vt Alard<sup>9</sup> omnibus doctis viris per Germaniam gratissimus extiterit, atq; sibi magnã vbiq; autoritatē cõpararit. Tandē viam vniuersæ carnis ingressus, felicem sui memoriam ob multiplicē eru-

ditionem reliquit; cuius vita in operibus Rodolphi Agricolæ fufius tractatur. Idem Similia facra congeffit. Eius felectæ fimilitudines fiue collationes, tum ex Biblijs facris, tum ex veterum Orthodoxorum cōmentarijs tribus Tomis concinnatæ in 8. Venetijs habentur. Hippocratis Coi Epistolam ad Damagetam paraphrafticè cōuertit in Latinum fermonem, adiuncto etiam textu Græco Matthæi Philadelphienfis apud Ephesum Metropolitanæ, precatōnes, compendiarium in primis viam ad refipifcentiam præftruentes, & adumptionem Dominici corporis non parum conducentes, in latinum fermonem cōuertit. Scholia eius in Marbodæi de Gemmis librum, vnâ cum Georgij Pictorij Scholijs, Item eiusdem descriptio Hæretici excufa habentur. Obijt Louanij anno 1541.







GVILHELMVS PHILANDER

Castilioneus Gallus, Philosophus &  
Architectus.



Vilhelmum Philandrum Castilio-  
neum Gallum, doctissimus Arias  
Montanus hoc Elogio ornauit:

*Verba simul rebus coniungere docte Philan-  
der*

*Restituis veterum verbaq; resq; patrum.*


*Artificum Regina tibi sua dona docenda*

*Contulit, & genitrix contulit Eloquij.*

Scriptit castigationes atque annotationes  
pauculas in 12. libros institutionum M. Fabij  
Quintiliani, specimen quoddam futurorum  
in eosdem commentariorum, quas Gryphius  
Lugduni impressit anno M. D. XXXV.  
eadem autem cum M. Fabij Quintiliani li-  
bris sparsim adiectæ suis locis, etiam sunt edi-  
tæ. Scripsit præterea annotationes in Vitruui-  
um de Architecturâ, quæ auctiores prodie-  
runt Lugduni in quarto apud Tornesium.

In qua-

In quarū Præfatione Philander libros aliquot à se inchoatos promittit se absoluturum & editurū, videlicet de Sectione & polituris marmorum : De Pictura & certa Colorum compositione: De Infectoria & Fullonica. De Figulina. De Sutrina. De vitraria. De Textrina, quæ radio, quæq; læis, id est, pondusculis perficitur.











IOANNES HARTVNGVS

*Philologus.*

**I**OANNES Hartungus Milteburgi, Franconiæ orientalis oppido, natus anno 1505. Is ubi in patriâ prima literarum fundamenta fideliter iecisset, ad Heidelbergensem Academiam se contulit, Magisterque Philosophiæ ibi salutatur. verum cum Historiarum & Poetarum lectione plurimû delectaretur, variasq; rerû mutationes etiam vsu cognoscere optaret, aliquandiu Cæsaris castra secutus expeditioni Turcicæ interfuit, atq; suæ industriæ quædam documenta in Vngaria reliquit. Inde ad studia reuersus Heidelbergã redijt, Græcæ linguæ professionem in se illic recipiens. Exhibebat autem se publice & priuatim legendo scribendoq; talem, vt reliquis Professoribus ornamento esset ad annos XV. multique bonarum artium alumni ob nominis eius claritatem eo confluerent, siquidem in docendo fidelis & in reb<sup>9</sup> explicâdis erat felicissimus.

Ec 2 Anno

Anno Christi deinde millesimo, quingentesimo quadragesimo sexto, cum religionis fieret mutatio, discessit; multorūq; literis inuitatus Friburgum Brisgauriæ venit. Cæterum vitæ tempus annorum triginta trium ibi exigens, receptus est inter Professores publicos. Nec verò contentus publice officium fecisse, etiam domi suæ multos Germanicæ nobilitatis adolescentes informabat. erat enim singulare veræ probitatis, fidei, & industriæ exemplar. Cumq; Poeseos Historiarumq; studio mirifice flagraret, vt plurimum ijs tam Græcis quam Latinis publice enarrandis vacabat. in primis Homero, Apollonio, Rhodio, Q. Calabro, quos simul docendo & cōmentando egregie illustrabat. Tandem multis in medium propositis monumentis præclaris, obiit Friburgi senex anno Christi 1579. Ætatis 75. 16. Iunij. Scripsit autem prolegomena in tres priores Homeri Odyssæ Rhapsodias, Apologiam Græcorum de igne Purgatorio, exhibitam in concilio Basiliensi, & Apollonij Argonauticorum libros quatuor ex Græco Latinos fecit. Strabonem & Aristotelem

lem multis locis restituit; Lexicon Græcolatinum innumeris vocabulis adiectis locupletavit. Cæpit in totam Homeri Odyssæam annotationes. Decuriæ locorum quorundam memorabilium, ex optimis quibusq; autoribus cùm Græcis, tùm Latinis excerptorum; item Chiliades locorum Homericorum eiusdem publice editæ sunt: ita vt ex eius lucubrationibus posteritas de ingenij acumine, deq; eruditione eius facile iudicium sumere possit.

Ee 3





Scription Aventinus patria clarissimus ora  
Quā potis est Bavaros arte beare beat



IOANNES AVENTINVS

*Bonus Historicus.*



IOANNES Auentinus cognomento Turmarius dictus, Abusinâ Boiariæ oppido natus est anno 1466 Post absoluta tyrocinia in patriâ scholâ Ingolstadium venit, vbi in literis egregie eruditus fuit. Inde Lutetiæ Parisiorum Magister bonarum artium salutatus, eas multis deinde annis Viennæ Austriæ, item Cracouiæ & Ingolstadij publice priuatimque professus fuit. neque ita multo post Illustrissimorum Boiariæ Principum Ludouici & Ernesti Doctor constituitur; quo munere magna cum laude perfunctus est. Mirifice autem Historiæ scribendæ studio flagrabat. Quare perlustrabat Germaniæ fere totius, ac præcipue Boiariæ monumeta & Bibliothecas, magni vir laboris, summæq; industriæ, ac lectionis plane infinitæ & recõditæ.

Scri-

Scripsit rudimenta Grammaticæ de octo partibus Orationis & constructione, de græcorū declinatione, de figuris, quantitate, accentu, distinctionibus, pedibus, carminibus, ex optimis quibusq; authoribus collecta. Numerandi per digitos manusq; veterum consuetudinis explicationem ex Beda, cum picturis & imaginibus. Illustratæ Germaniæ libros 10. quorū titulos ex Gesneri Bibliotheca magna petes. Annalium Boiorum libros septem Latine & Germanice editos. Scripsit præterea, quæ non sunt edita, Ecclesiasticam Historiam. Pondera. Hymnum de cœlesti Sphæra. Imagines cœli. Annotationes in Claudianum. Imperatorum veterum Monetas. Dictionarium Græcum. Turcarum originem. Emēdauit Diomedem, Ælium Donatū, L. Apuleij Dialecticam, Symmachi Dialecticam. Manilium Theodorum de metris. Claudianum. Taciti Germaniam. Euticium discipulum Prisciani. Obijt saturæui, saturq; gloriæ Ratisbonæ V. Eid. Ian. anno 1533. vel secundum alios, 1529.









# IO ANNES SEBASTIANVS

*Pfauferus D. Maximil. II. Aug.*

*Ecclesiastes.*



**I**oannes Sebastianus Pfauferus Bodamicus, natus anno 1520. Theologiæ fuit profunde doctus. Erant in eo præter Theologiæ studium virtutes egregiæ, animus in laboribus perferendis fortis, in aduertis sustinendis constantissimus, cum diligentia summâ coniunctus. Quare cum præsentis vbiq; esset animi magnitudine & consilij promptitudine, perpetuusq; Orthodoxæ fidei assertor, Diuo Maximiliano II. Augusto à sacris Concionibus & Consilijs factus fuit, & Imperatoris inuictissimi gratiam fauoremq; summum meruit. Vnde Præsul demum & Ecclesiæ Lauinganæ in Palatina ditione fidelissimus constitutus fuit, plane vir bonus & omnibus rebus ornatissimus: tandem apoplecticus anno salutis 1569. Ætatis verò 49. VI. Iunij obiit Lauingæ.

Ff 2







IOANNES GEYLERVS

*Cæsarisbergius.*

**I**Oannes Geyleus, Alsatus patriâ, natus Monte Cæsaris oppido imperiali, varias orbis Christiani Academias perlustravit, & præclaram affecutus fuit gloriam, non Philosophiæ solùm, sed in primis Theologiæ studio perficiendo. eam ipse postea maxima cû admiratione summæ suæ eloquentiæ, memoriæ firmissimæ constantiæq; laudabilis nō vno in loco publice profitebatur, Doctor literarum diuinarum sanctissimus. Sermones sacros habuit per multos annos in patria, deinde etiam Herbipoli, Basileæ, Friburgi, tandem sacris concionibus Argentinæ præfatus fuit in summo Templo, Petro Scoto Cōs. prudentissimo auspice rem moderante diuinitus, atq; constituyente. Eo in munere summa cum laude & gloria versatus annis totis 32. & amplius, tanto pietatis zelo, & tam claro innocentis vitæ, viuēq; doctrinæ exemplo extitit, vt

præcipuis Germaniæ Antistitibus, Insuper etiam Diuo Maximiliano Aug. Cæsari charus ob id maxime haberetur. Obijt anno 1510. Ætatis anno 76. Eidibus Martijs. Scripsit Sermorum ad populū lib. 1. Orationum ad Clerum lib. 1. Magnis sumptib<sup>9</sup> & labore diuturno collegit opera Ioan. Gerson, quorū multa ex Gallia tandem ad nos perduxit, diuisaq; ea in tres partes ordine pulcherrimo ac tabula vtili admodum confecta, impressuræ commisit. Scripsit item Nauiculam fatuorum. Nauiculam pœnitentiæ. Peregrinationem. Orationem Dominicam. Fragmenta Passionis. De communicandis his, qui vltimo supplicio afficiuntur lib. 1. De amouendis concubinis, etiamsi vterq; cōtinere decreuerit lib. 1. De hoc, quod pueri non sunt instigandi ad religiones, in quibus regula non seruatur. De decem præceptis. De septem peccatis mortalibus. Tropos siue sales Argentinæ editos. Epistolas item plures.







# IOANNES MARBACHIUS

*Theologus Argentinenfis.*



**I**OANNES Marbachius Lindauium  
adlacum Podmicum, patriã habet,  
vbi anno 1521. vitalem auram primũ  
hauit. ibi ergo sub Casparo Heldelino Præce-  
ptore puer informatus, postea anno 1536. Ar-  
gentinam peruenit, vbi per triennium lingua-  
rum & artium studio sub Bedrotto eius Scho-  
læ autore incubuit, & egregiam earum cogni-  
tionem sibi comparauit. Cum decimũ octa-  
uum annum ageret, Wittebergam sese cõtulit,  
talemq; sese in omni genere exercitiorum ex-  
hibuit, vt anno ætatis vicesimo Magisterij gra-  
du ornaretur. Aderant huic eruditioni pietatis  
amor, & facundia quædam naturalis. itaque  
mox Ienæ sub Hoffmanno per annum vnum  
subdiaconus fuit. Postea Wittebergam redijt  
& sacrarum literarum vsus sibi familiarem  
reddidit, ita vt statim altero anno Theologiæ  
Doctor crearetur. Ea dignitate adepta Iſnenfis

Gg

Pastor



Pastor factus Paulo Fagio successit. Quo in loco cum diligēter suo officio fungeretur, anno 1545. Argentinam vocatus ad S. Nicolaum Ecclesiastes constituitur. Ibi docendo publicis cōcionibus plurimum profecit, sanctorumq; Patrum explicationes cum S. Scriptura diligenter contulit; vnde postea anno 1552. vrbis nomine Tridentū missus, fidei suæ & Argentinensis Reip. rationem reddidit. Verum paulo post ob captam Augustam à Mauritanis Synodus illa soluta fuit.

Nec multo post Casparus Hedio primarius Argentinēsis Ecclesiastes fato fungitur. In eius locum Marbachius substituitur. Quare annos 36. Pastor & Præses Argentinensis, simulq; sacrarum literarum professor & Ephorus perpetuus, demumq; Collegij Thomani Decanus fuit dignissimus. Ad hæc cū Friderico Palatino mortuo Otto Henricus succederet, & Ecclesias suæ ditionis reformare statuisset, huius viri integritate permotus, anno 1556. eum ad se vocavit, atq; Heidelbergę & in Palatinatu omnia ad Argentinensis Ecclesiæ formam disponere

ponere iubet, id quod magna cum diligentia præstitit, & re confecta Argentinam reuertitur. Fuit mediocris staturæ, non nihil ad macilentiam inclinās, in colloquio familiaris, pietate, integritate, fide, virtute, sapientia & humanitate excellens. Moritur Argentinæ anno sal. 1581. Ætatis LX. Die 17. Martij.

Scriptit de miraculis veris & falsis diiudicandis ex verbo dei : & confutationem Canisiani miraculi, quod M. Eifeng. in libello de Virgine Ottingana tantopere prædicat Germanicè. Veram item ex verbo Dei tractationem interioris & exterioris hominis Germanice. Concionem de officio Episcopi, & quis ad hoc munus debeat assumi, item de Cœna Domini duo volumina.

Gg 2







*HARTMANNVS BEYERVS*

*Francfordien. Theol. & Mathemat.*

**H**ARTMANNVS Beyerus, parentibus  
 Guilhelmo Beyero, & huius vxore  
 Elisabetha ciuibus Francfordiēsisibus  
 ad Mœnum, spectatis virtute & pietate homi-  
 nibus natus fuit, anno 1516. in vigilia D. Hiero-  
 nymi, siue 29. Septemb die, qui dies est Micha-  
 elis archangeli. A puero cum parentes pie edu-  
 carunt, & sub Iac. Micyllo primum, deinde sub  
 Io. Mosero præstantissimis viris Præceptoribus  
 suis militiam literariã militauit. Vbi ex ephe-  
 bis excessit, de consilio suorum Wittebergam  
 proficiscitur, anno 1534. Ibi Magisterij gradum  
 cum laude obtinuit. At quia tunc diutiùs in  
 Academia florentissima cum præstantissimis  
 viris viuere satagebat, cæpit priuatim iam hoc  
 iam illud certis discipulis prælegere, & explica-  
 re. Eo tempore conscripsit librum *Quæstionũ*  
*Sphæricarum*, quem & prælo subiectum in lu-  
 cem edidit. Ac fuit hic labor illius felix, multis-

que gratus, ita vt per Academias aliquot Germaniæ ad annos complures non alia præcepta Sphærica, quam hæc ab ipso conscripta, iuuentuti proposita fuerint. Ducebat tū Wittebergæ vxorem Barbaram anno 1542. mense Ian. Tandē post obitum parentū in patriam reuertitur, vbi certis conditionib. propositis ad ministeriū à magistratu inuitatur: redit itaq; Wittebergā & cum D. Martino Luth. de statu patrię suę cōfert, deq; sui vocatione. Probat Luth. egregiā voluntatem Magistratus, hortatur vocatū, vt vocationē sequatur. Sistit se ergo in patriā veniens suo loco an. 1546. In ministeriū ingressus talem se ad extremū vsq; diem vitæ suę gessit, qualem ministerij dignitas, & qualem se gerere posse, quisq; fideiū ministrorum optet. Instructus erat rerum Theologicarū, artium, disciplinarum & linguarum scientia perfecta, quibus accessit vitæ morumque integritas & innocentia, ita vt aduersariorū nemo vnq̄ vel ausus fuerit illū calumnijs tētare. Humilitas animi illi fuit tāta, vt nunq̄ se alijs doctrina præstantiorem, maiorē officio, autoritate grauiorem,

rem, rerumue vfu superioré habuerit. In coniugio suã crucem exptus est, & vicissim sua etiã ex eo percepit cõmoda. Prima eius vxor Barbara Wittebergésis, an. 53. altero die ab eo, quo ipse cum dignitate & cõmodo suo in integrũ restitutus fuerat (tẽpore enim Interemistico loco suo deiect<sup>9</sup> fuit) nihil bono nũcio recreata, dié suũ obijt, fuit is 9. Apr. liberis ex eo cõiugio nullis superstib. Alterã itaq; duxit conciuem, qua & ipsa simul cũ gemina p̄le morte sublata, tertiã sibi matrimonio coniunxit Catharinam anno 1562. Aprilis die 22. quæ parentem habuit Sebastianum Ligarium Moguntinum, olim eiusdem ordinis & Monasterij cum Luthero fratrẽ, postea verò reipub. Francfordianæ Ecclesiasten. cui mortuo M. Hartmannus fuerat surrogatus: ex hac procreauit liberos aliquot, inter quos Clariss. & Doctiss. Dn. IOANNES HARTMANNI MEDICINÆ DOCT. excellens, patrieq; suę Francfordiésis Physicus ordinari<sup>9</sup>, nũc quoq; parẽtis laudatissimi virtutes famãque egregie asserit, neq; eas in omnem æuiter-  
nitatem intermori sinet, publicatis plurimis litera-

literarum monumētis tum suo Marte scriptis, tum aliorum, à se notis doctissimis illustratis, quæ passim inter manus doctorum versari videmus, & suo tempore & loco à nobis referentur. Erat Hartmannus valetudine satis firma. aliquot saltem vicibus incidit in morbos graves, donec videlicet postrema vice à DEO profusus euocatus fuit ad XI. Augusti diem, anno 1577. cum annos 31. in patriâ suâ ministerio verbi functus fuisset. Præter supra commemoratum libellum Sphæricum, idem noster Hartmānus scripsit in omnes libros sacros Bibliorum doctissima commentaria, quæ apud eius hæredes adhuc premuntur. Vertit etiam Catechesin Ioannis Brentij è Latina lingua in vernaculam, Brétio ita ab ipso requiréte. Sub nomine Andreae Epitimi quædam de Missa edidit cōtra Sidonium Episcopum: & nonnulla contra Theobaldum Thamerum scripsit. Præ reliquis verò suis lucubrationibus insignè laudem meretur Epitome Bibliorum Germanice ab eo edita, quæ vulgi manibus vbique teritur.









CONRAD. LAUTENBACHIVS

*Theologus, Historicus, Poeta eximius,*

*Francforti ad Mœnum.*



Onradus Lautébachius, in Thuringis Mutislariâ & loco & genere humili, honestiss. tamen progenitus anno salutis humanæ 1534. eximijs animi radijs vel ab vnguiculis statim emicuit. Primis itaq; elemētis primò Isenaci sub Bartholomæo Rosino, post Northusæ sub Basilio Fabro Sorano informatus, studijs velificaturus seuerioribus & altioribus relicta patriâ, peragratis Erfordio, Francofurto, Moguntia, Heidelbergâ 4. Martij anno 1553. tandem Argentinam, cultissimū Phœbi & Musarum Emporium deuenit. Vbi q̄ paucissimis annis, classes gradatim superiores peruasit omnes, & ad Acroases an. 1556. admissus est publicas. Quo tempore *Φιλομαθῆς* vniuersam Encyclopædiam tam feliciter decurrit, vt crementa simul faceret in Theologiâ (cui quasi natus videbatur) quam vberissima. Ex

PHILOSOPHIS præcipue Ioanne Sturmio & Valentino Erythræo, ex Theologis, Ludouico Rabus, Ioanne Marbachio & Hieronymo Zanchio vsus. Quorum attentâ auditione ad Philosophiæ simul & Theologiæ culmen progressus fecit tam serios, vt pares nõ solum multis post se parasangis relinqueret anticipās, sed & superiores exuperaret breui, vel saltem profectu adæquaret. Charus autem & familiaris comprimis d. D. Marbachio fuit. Ita vt eo in omnibus patre & moderatore vteretur vitæ suæ institutis. à quo etiam iam adhuc iuuenis senilibus præfectus officijs, Ecclesiam in Mundelsheim, agri Argentinensis vico docendam fortitus est: Cui eâ curâ, fide & industriâ præfuit, vt omnino altioribus videretur dignissimus. Cluente ergo INTERIM anno 1557. mense Nouembri, in urbem retractus Diaconus ad Prædicatores primùm, post in Templo Cathedrali constitutus est: vbi suauitate & docendi grauitate admirationem populi in se cõuertit vniuersi. Cæperat tum temporis reformari comitatus à generosissimo Philippo Seniore in Hanavv,

Hanavv, Domino in Liechtenberg. Is igitur fidelitate & integritate auditâ Lautenbachij, petijt à Senatu Argentinensi, illum Pastorem & Antistitem concedi sibi in oppidum Neuveiler, anno 62. Cui Ecclesiæ cum magno zelo præfuisset biennium, accidit vt res ita DEO opt. max. disponente, vocatione alia ordinaria Hunæuillam Alsatix superioris oppidum ditissimum & fertilissimum, ditioni Wirtembergicæ subditum, exciretur. Quo etiam vel maxime suafu Marbachij concessit, nihil refragatus. Halcyonia hic ipsi vigescebant: & à negotijs otium dabatur largissimum. Quo fretus vir (vt erat homo ad miraculum φιλόπρονος, osor ignauix acerrimus) vt tempori, sibi & posteris prodesset, subcisiuis horis Iosephum, antiquitatum Iudaicarum scriptorem, & Egesippum, & Catalogum testium veritatis in Germanicū conuertit, & hunc præterea illustrauit felicissime: ita vt paulo post à viris magnis, nobilissimo præcipue Iureconsulto Ludouico Grempio continuandi Sleidani negotium illi irrogaretur. Quod in se vt receperat, ita telā illam

iam aliquo vsq; deductâ texuerat, cum Illustrissimus princeps Palatinus Ludouicus Elector, re certâ famâ comperta, ad Ecclesias suas Heidelbergam ipsum vocitat, anno 1580. & ad operis continuationem manum & apparatus illi omnem clementissime addicit. Erat autem λεχθέν, quod aiunt, καὶ παραχθέν. Viuo enim Electore, non vt Principe suo, sed vt patre: non vt Meccœnate, sed (æquitas verbo fit) vt amico vsus est. Cuius etiam suppetijs & ope auxiliaria, Historia non ad vmbilicum solùm, sed omnimodo ad calcem deducta est & absoluta, successu plane prospero. Quod etiam æternum viri istius laborum monumētum, in medijs patriæ nostræ oculis prostaret iam dudum, nisi & Illustrissimus insperatâ, imò immaturâ morte præuentus esset, & aduersariorum quorundam, veritatisq; osorum interuenisset molimen, patriæ communi detrimentosum. Sed vorsum. Heidelbergæ vix menses confederat plusculos, cum ab Illustrissimo Electore Ludouico nobilissimæ & Illustrissimæ illic ad S. Spiritum palatinatus

Bibliothecæ ordinandæ, & confusæ ad certos foculos seu pluteos dirigendæ mandatum accepit. Quod (iuxta & officij sui ratione habita quam diligentissima) biennio vno confecit, cum tanta laude, vt iudicium eius, seu labores, seu agilitatem admiraretur ne princeps potius incertum esset. Cuius obitum cum sequeretur status omnis & religionis quoque mutatio illico: LAVTENBACHIVS, veritati semel agnitæ, & omni vita proclamatæ cùm palinodiam canere nollet, dimissus est mense Iulio anno M. D. LXXXIV. Conuasatis itaque suis, Argentinam Ciuis & municeps se denuo contulit, senex iam & immēsis laboribus prope fractus, nō seruiturus amplius, sed sumpturus rudem, & Historiæ suæ additurus limam. Quid fit? Mensibus circiter binis Argentinæ suis vacans & intentus (vt vocationes fere diuinæ sunt) tale nihil ominans, de nouo vocatur à magistratu Fræcfortano. Cui pro inuocationi paulo post nouis sollicitatorijs literis cōfirmatæ, cū disparere piaculare putaret: peregrinationem hanc postremā suscepit, & ad D.

Catha-


Catharinam se conduci passus est Cal. Ian. anno 85. Vbi cum munere sibi demandato per decennium integrum fideliter, vigilanter, religiose & seuerè defungeretur; vitæ tandem, lucis, ætatis, morum huius seculi satur 18. April. anno 95. mortalitatem exiit, & luctu publico, solennitate insuetâ deductus & sepultus, gemitus & vota bonorum omnium post se reliquit certissima. In hoc itaq; versatili mundo peregrinatus est annos sexaginta & vnum: si quisquam alius, is ipse comprimis certe (vt ille ait) *μείζων τῶ θεῶ παύγιον.* Quæ virtutis erant puer omnia fecit. In prosperis *μέσος*, in aduersis Hebtaboëus. Hunc omnis vitæ suæ scopum præfixit, nocere memini, prodesse omnibus. Nec ita Hercules laborum promiscue omnium tolerans fuit, ac iste noster. Cui si quæ dies nō sine lineâ, sed sine paginâ effluxisset pridie, metancæâ exedisset se postridie. In archiuis ipsius, huius veritatis reperta fides est. Qui voluminum tantâ molem scripsit suâ manu, quantam manus nō descripsissent quatuor, circuitu tam volubili. Famâ & foris & domi celeberrim⁹ ob id: quâ-  
quam

quam (vt fere solent fordescere domestica) foris magis. Quin & ægrotus nonnunquam per-euntis inaniter temporis iacturam ita æquo animo ferre non potuit, quin identidem & in-gemisceret, & damnũ singultiret. *Φιλάνθρωπος, φιλόφιλος, φιλόξενος* erga omnes extitit, maxime hos, quos commendarat ordinis æqualitas, & vitæ comprimis puritas. Cõtra vitijis enim delibutos & fucatos, mirũ quàm censor rigidus, iustus: quod arbitraretur huius professionis homines ante alios omnes plebeios næuis & maculis notorijis carere debere. Carminis cultissimi tam felix autor erat, vt si huic studio se totum dare maluisset, illustres quosque Poetas æquare facile potuerit. In matrimonio annos exegit 37. ex vna coniuge pater factus liberorum XI. plerorumq; filiorum, quorũ quos-que studijs capeffendis iam aptos ita curiose & anhelanter impẽsis suis & sumptibus proprijs instituendos curauit, vt omnem pecuniæ iacturam rectæ informationi illorũ longe posthabuerit. Ex quibus tum omnib<sup>9</sup> vnicus, tum nunc superstes IOSEPHVS Philosophiæ & Me-



dicinæ Doctor nunc apud Imperiale Franc-  
fordium præstantissimus, in quo non parentis  
solum virtutes eminent omnes, sed qui proprij  
etiam ingenij dotibus & eruditione præclara,  
clarissimam parentis sui memoriam illustratu-  
rus sit. Sed poscerent ista singula iustum volu-  
men. Decurtato tamen filo, hîc hæc cursoria  
delineatio sciendi avidis satis sit: & tantum de  
Conrado Lautenbachio, cuius in ore Symbo-  
lon hoc perpetuo erat:

*Durabilis misericordie patria Lex IESVS.*









## IO ANNES SCLEIDANVS

*Historicus.*

**I**oannes Scleidanus à patriâ suâ, quæ in Belgio est, cognominatus, anno 1506. in lucem prodijt. in patria primum literarum fundamentis positus sese inde in Galliam contulit, & Lutetiæ linguis pariter & artibus diligentissime incubuit, adeo vt eruditione omnibus innotesceret. Postea iuris studia complexus, publice in ijs licentiam impetrauit. Hisce & eloquentiæ studium, & Latini sermonis puritatem adiecit. Cum hoc modo diu in Gallia versatus esset, tandem anno 1542. Argentinam venit, vbi rem literariam sua doctrinâ plurimum iuuat, & primum Philippi Cominci Commentarios de rebus gestis Ludouici eius nominis vndecimi Galliarum Regis, & Caroli Burgundiæ ducis, linguâ Gallicâ mirabili industria scriptos, in Latinum sermonem transfudit: postea quoq; Iacobi Sturmij Prætoris nobiliss. & amplissimi, prudētissimiq; familiaritatem nactus, eo non modo hortante, sed & materiâ suppeditante Carolo V. Cæsare, de statu Religionis & Reipubl. Germanorum, cōmentarios diligentissime amicorum hortatu scribere cepit, & tandem libris 25. finiuit, præsertim cum publico protestantium stipendio eò inuitaretur; quæ quidem Historia latina ab anno 1517. ad 1555. continuata hodie vbiq; circumfertur. quæ deinde in Germanicâ, Gallicam & Italicam linguam versa varijs in locis excusa fuit.

At verò Sleidanus non tantum librorum studio inhæsit: verum etiam res politicas tractauit, resq; sibi commissas magna dexteritate perfecit. Itaq; cum reges Galliæ & Angliæ

grauissimum inuicem bellum gererent, ipse anno 1545. protestantium Legatus ad Angliæ regem missus fuit, vt eum ad pacis studia flecteret. Hinc nomine Argentinensis Reipubl. anno 1551. in Tridentino Concilio Legatus interfuit, & in eo loco nihil intermisit, vt tandem cum suę partis Theologis actio institueretur. Cum autem Mauritanii Cæsari præter expectationem bellum mouissent, Sleidanus Concilio soluto, & re infecta domum redijt. Paulo post Henricus Galliarum Rex per Lotharingiæ fines Argentinam versus cum instructo exercitu progressus est. Postulauerat is ab Argentinensibus, vti rebus necessarijs exercitui subuenirent: Ea de causa Ioannes Sleidanus cum Petro Sturmio, & Friderico Gottesfemo legati Sarburgum, septem ab vrbe miliaribus, missi, certam frumenti & vini portionem detulerunt, cumque eo vrbs nomine transfegerunt. Quibus cum honoribus laboribusque egregie perfunctus esset, sui seculi Historicus facile princeps, obiit Argentinæ ex Epidemico morbo, anno salutis 1556. (quamuis non desit apud quosdã dati veneni suspicio, ob edenda quædã Historica, quę tum ab ipso adhuc premebãtur) Ætatis 50. sepultusq; ibidem quiescit. in quã ciuitate multiplice & eruditionis, & prudētia atq; pietatis edito specimine, summo semper loco habitus fuit. Transtulit autem præter suprã enumerata etiã Cominæi Cõmentariorum de bello Neapolitano libros V. cum breui explicatione rerum & authoris vita editis. transtulit & ex Gallico in latinam linguam Claudij Sefellij de republ. Gallorum & regum officijs libros duos. Addidit ijs summam doctrinæ Platonis de republ. & legibus. Præterea edidit Orationes duas, vnam ad Carolum V. Cæsarem; alteram ad Germaniæ Principes omnes, ac ordines Imperij, in quibus de Papatu & causã religionis tractatur. Frossardi nobilissimi scriptoris Gallici Historiarum opus omne breuiter collegit, & Latino sermone reddidit.

IOANNES SLEIDANVS. 255

reddidit. De quatuor Monarchijs libellus elegantissimus  
eodem authore habetur publice.











SEBASTIANVS MVNSTE-  
rus Hebraus & Mathematicus  
Basiliensis.

**S**ebastianus Munsterus nascitur in oppido Rhenensi Ingelheim anno 1489. Is ubi prima literarum fundamenta iecisset, sese ad Heidelbergensem Academiam contulit, atque ob ingenij perspicuitatem præclaram operam artibus & linguis nauauit. in primis verò disciplinis Mathematicis, Geographicis, atque Hebrææ linguæ, in quibus tantum profecit, ut suo tempore in illis nulli secundus iudicaretur; atque ut commodius studijs vacare posset, sese monachorum minoritarum collegio Tubingæ coniunxit, huius mundi pompam negligens. Posteaquam verò in religione mutatio orta esset, cum ordinè reliquit, Heidelbergamq; rediit. In ea Schola cum suâ eruditione omnibus doctis innotesceret, vna cum Simone Gryneō Basileam vocatur anno 1529. & Hebraicæ linguæ Professor in ea Academia constituitur.

Erat Munsterus infra mediocritatem stature homo, crasso & robusto corpore cōspiciuus, adeoq; omnis laboris patientissimus, moribus erat modestissimis atque humilitatis amantissimus. Itaque quāuis magna eruditione ornatus esset, tamen gradus Scholasticos neglexit; huiusmodi tamē dignitates & honores in aliis probauit, multisq; ut eos ambirent, author fuit. Eam eius modestiam cum Academiæ Procerec cognouissēt, Sebastiano honestum in publicis actibus locum, medium scilicet inter superiorū facultatum Doctores atque artiū Magistros tribuerūt, qui Licentiatorū proprius existit. Hinc anno 1547. Academiæ Rectorē elegerunt, eius operâ in reb<sup>9</sup>


arduis vsi. Cum etiam sacrarum literarum vsum sibi familiarē reddidisset, aliquandiu Theologiam publice profiteri, atque sacra mysteria prophetarum explicare iusserunt; quæ Münsterus omnia summâ diligentia executus, tandem ob priuatas lucubrationes impetrauit, vt ea functione liberatus, in sola Hebraicâ linguâ professione pergeret.

Fuit in ea lingua atq; etiam in disciplinis Mathematicis peritissimus. itaq; varios labores in ijs peregit, & ingenij sui præclara documenta posteris reliquit. vertit enim Rabi Mosche Kimhi Grammaticam ex Hebraismo, atq; Heliæ Leuitæ in eam Commentarium: pari modo librum accentuum, & librum traditionum, Prouerbia Salomonis, Tobiam & Euangelium Matthæi Hebraice primus proposuit, & Latine reddidit. Deinde opus Grammaticum Hebraicum, absolutum, ex variis Rabinis conscripsit, atq; insuper Grammaticam Chaldaicâ primus publicauit: quin etiam Dictionariû Hebraicum confecit, & Theologiæ candidatos suis vigilijs ad Sanctæ linguæ studium pellexit. Tandem Hebraica Biblia de nouo transtulit, & duobus Tomis cum Hebraico textu anno 1533. edidit, collatis vbiq; probatissimis eius linguæ scriptoribus, & adiectis è Rabinorum commentarijs haud pœnitendis annotationibus. Eadem diligentia Iosephi Historiarum Iudaicarum libros quinq; è Hebræo vertit & latine nobis tradidit, cum multis alijs huiusmodi. Is enim Hebraicam linguam posteritati multo clariorem proposuit, & Mathematicas disciplinas plurimû excoluit. Scripsit enim exactam Horologiographiam, in plano, concauo, conuexo, & erecto loco, figuris varijs: deinde Organum Vranicum, in quo Theoricæ Planetarum atque eorundem quotidiani motus ad annos centum & amplius exprimuntur. Canones quoque super nouum instrumentum luminarium. Ptolomæum restaurauit, & multas nouas tabulas adiecit. Pomponium

nium Melam & Iulium Solinum Scholiis exornauit, atque ultimo Cosinographicam Historiam vniuersalem, opus sane laboriosissimum, conscripsit. In ea totius orbis situs, regionum tabulæ, nobilium Ciuitatum descriptiones, omnium gentium ritus, regum & principum Genealogiæ, cum multis aliis rebus seitu dignissimis continentur.

Posteaquam itaque hoc modo Munsterus Efdras Straboq; Germanus, suam professionem diligētissime per annos 23. continuasset, atq; piis & ingeniosis lucubrationibus Germanice, Latine & Hebraice conscriptis de linguis, de bonis literis omnibus, de Philosophia & Theologia optime meritus esset, tandem vegeta adhuc natura anno sal. 1552. ætatis vero suæ 63. in ipso climacterico peste correptus, cum bonorum omnium luctu Anthrace absumitur, corpusq; in cathedrali templo honorifice sepelitur. Præter supra iam commemorata edidit etiam tabulæ Cusanæ explicationem. Depictionem vrbs Basiliensis, cum descriptione circumiacentis regionis. Introductionem in librum noui orbis. Librum Tobix, quem Hebraicum suppeditarunt Iudæi Constantinopolitani, edidit à se versum & annotationibus illustratum. Kalendarium Hebraicum ex Hebræorū penetralibus, quod non tam Hebraicæ studiosis, quàm Historiographis & Astronomiæ peritis subseruire poterit; Dictionarium Chaldaicum; Rabi Aben Ezræ commentariolum Hebraicum in Decalogum, cum sua latina versione publicauit. Item tredecim articulos fidei Iudæorum R. Moysis, Iosippi compendium elegans Historiarum Iosephi, complectens acta 70. interpretum, Gesta Machabæorum, & Herodum, & excidium Hierosolymitanum: Item 10. captiuitates Iudæorum incerti authoris, omnia hebraice cum latina interpretatione. R. Symeonis logica latina fecit. Dictionarium trilingue, in quo latinis vocabulis in ordinem Alphabeticum digestis, græca

& Hebraica respondent. Hebraicis adiecta sunt magistralia  
& Chaldaica, quibus adiunctus est liber de Hebræis urbium,  
fluminum, montium & aliorum locorum nominibus. Col-  
loquium cum Iudæo, pertinaciter suis de Messia opinionibus  
addicto, Hebraice & Latine conscriptum &c.
















# IOANNES VVOLPHIVS

*Theologus, & Philosophus.*

**I**Oannes VVolphius, Tiguri, celebri Heluetiorú vrbe natus, Philosophiæ pariter, & Theologiæ studijs excultissimus, Pastor ordinarius Ecclesiæ Tigurinæ ad Collegiú virginum, vir pius & doctus, multisq; donis ornatissimus, præclara ingenij sui & industriæ fidelis opera in publico reliquit. Collegit n. indicẽ Græcorum nominum, quæ ad Geographiam pertinent, ex Ptolomæo, Pausania, Stephano, Strabone, Eustathio & nonnullis alijs. Idem excudi curauit, additis præfationibus suis, Petri Martyris Vermilij Disputationem de Cœna Domini in Anglia habitam, & eiusdem librum de Sacramento Eucharistiæ. Confessionem Anglicanam, & quosdam alios libros ex Latino sermone in Germanicum transtulit. Scripsit præterea Præconem Euangelicum, siue de officio Concionatoris sacri orationem. De Sabbatho libellum Germanicum. Commentaria in quatuordecim vltima capita secundi libri Melachim, additis commentarijs in primum totum, & secundi capita vndecim. Commentaria in Nehemiam. De Christiana perseuerantia commendationis consolatoriæ ad N. Captiuos fratres librú 1. Scripsit etiam commetarios in Esdram. in librum Esther. in Ionam Prophetam. Considerationes domesticas in quartum librum Mosis. Sermones & conciones in Deuteronomium, librú Iosua, Iudicum, Hesther, Ruth, in Psalms, Esdram, Prophetas Ionam, Nahum, Ioçlem. Prælectiones, & repetitiones in Eccle-

fiasten Salomonis. Item conciones in Matthæum, Ioannem, & Acta Apostolorum: memorabilia, in Marcum & Lucam. Conçiones in Epistolas D. Pauli ad Philippenfès, Coloffenfes, Theffalonicenfes, Timotheum, Philemonem. In D. Petri & Ioannis Epistolas. Variarum Concionum Volumẽ. Præfationem in Pfalmum 109. Item libellum de conferendis Bibliorũ translationibus. De conficiendis succinctis commentarijs in Biblia. De Ecclesia militante, vbi in his terris reperienda fit. De constitutione Scholæ Tigurinæ. De Petra salutis. Scripsit & locorum communium exlectionibus quotidianis collectorum volumen. & librum Epistolarum. Decadum dn. Henrici Bullingeri cõciones octo transfuit in sermonem Germanicum. Commentaria in Aphthonium. In librum 2. Epistolarum Ciceronis. In eiusdem Orationem pro Archia &c. Onomasticum Physicum & Theologicum. Onomasticon Palæstinæ. Obijt Tiguri anno 1572. relicto filio Henrico Bibliothecæ suæ hærede.









# HIERONIMVS VVOLPHIVS


*Philologus Augustanus.*

**H**ieronymus VVolphius Oetingæ Rhetix oppido natus, an. 1516. pereruditus in omni scientiæ genere ac græcis præcipue literis deditus fuit. Acutus Philosophus, elegans Pœta, præstans Astrologus, Philologus denique incomparabilis, plerisq; Germaniæ ac Galliæ Academiis perlustratis, Magisterij Lauream adeptus est Basileæ. Ex Græcis latinas fecit Isocratis Orationes omnes, cum nouem eiusdem Epistolis, additis annotationibus ac difficiliorum locorum interpretationibus. Transtulit etiam Demosthenis oratorum Græciæ Principis opera, quæ ad nostram vsque ætatem peruenerunt omnia, atque in ea iusta commentaria scribere instituit. Id cum dn. Fuggari literarum Mecœnates intellexissent, cum Augustam Vindellicorum ad se vocatum liberali stipendio ornarunt, & Bibliothecæ suæ instaurandæ præfererunt, qua in vrbe vere augustâ, multis annis Græcas & Latinas literas in Schola Annæa fideliter docuit; Politioris doctrinæ Princeps. Tandem lithiasi intolerabili confictatus, sibi quidem neque præmature, neque infelicitè, sed reipubl. literariæ intempestiue & luctuose decessit, Augustæ Vindellicorum anno salutis M. D. LXXX. Ætatis LXIII. 7. Id. Octobr. Ad Isocratis versionem argumenta in singulas orationes addidit. Genealogias item ex omnibus orationibus Isocratis, item vitam Isocratis ex Plutarcho, Philostrato, Dionysio Halicarnasseo transtulit. Transtulit etiã Vipiani Rhetoris cõmentaria. Transtulit Æschinis & Dinarchi

Oratio-

Orationes Demostheni aduersarias. Instituit iustos in vtrūq; authorem commentarios. Commentaria quædam in quadripartitum Ptolomæi transtulit. Transtulit in latinam linguam Ioannis Zonaræ & Nicetæ Acuminati Choniatae atq; Nicephori Gregoræ Historias separatim excusas. Ariani & Simplicij interpres fuit. Scripsit Astrologicâ quædam de verò & licito Astrologiæ vsu, impressa cum Ephemeridibus Leouitij. Edidit commentarios in M. Tullij Ciceronis libros de Officijs, additis breuibus scholijs: in Catonem, Leliū, Paradoxa & Somnium Scipionis. Isocratis sententias Græcolatinas additis annotationibus, notatisq; locis, ad quos nō incommode referri posse videantur: & præterea eiusdem veterem Gnomologiam latinam tantum edidit. Item de nouo Demosthenis & Æschinis opera cum vtriusq; Vita & Vlpiani commentarijs, nouisq; scholijs Græcolatina, à mendis repurgata, varijs lectionibus adaucta, annotationibus illustrata. Transtulit etiã Epictetea omnia. Prodierunt eiusdem quæstiones, maxime necessaria trium librorum Ciceronis de Officijs præcepta complectentes. Idem Historiam Imperatorum Romanorum à Constantino Magno vsq; ad Constantinum postremum, & Constantinopolim à Turcis occupatam, continua serie rerum & temporum expositam à quatuor scriptoribus Græcis, Latinitate donauit.











IOANNES STOFLEVS

*Mathematicus.*

**I**OANNES STOFLEVS Iustingæ natus in Sueuia, anno 1452. Mathematicis disciplinis à prima adolescèntia delectatus varias Germaniæ Academijs illustrauit. vnde in eo genere doctrinæ ad miraculũ excelluit, adeo vt in his ætate suâ, nullum parem, nullum secundũ haberet. Tubingensis ergo Scholæ professor factus, Mathematica ibi publice docuit, idq; munº singulari industria obiit, neq; viuâ solũ, sed & mutâ voce, eaq; multis victura seculis reipub. literariæ cõmodabat. Scripsit enim p̄clarũ opus Ephemeridũ ab an. 1531. ad proxime sequètes viginti annos vsq;, id q; ad veterũ imitationẽ accuratissimo calculo elaboratum fuit. Scripsit & rationem compositionis Astrolabiorum cum explanatione eorundem vsuum. Item Procli Sphæram commentarijs illustrauit. Edidit Calendariũ Romanũ magnum. Tabulas Astronomicas.

Cosmographicas aliquot descriptiones de Sphæra Cosmographica, hoc est, de globi terrestri artificiosa structura. De duplici terræ projectione in planum, hoc est, qua ratione commodius chartæ Cosmographicæ, quas Mapas mundi vocant, designari queant, quæ edita sunt à Ioanne Dryandro Marpurgi. Habetur eiusdem de Dimensione per Astrolabium & quadranté Germanicus libellus. Coniunctionum & oppositionum supputatio. Ciclorum antiquorum redargutio. Eclipsium prædictio. Cum itaq; hoc modo bonis artibus iuuandis sedulo laboraret, tandem veneranda canitie conspicuus, atq; immortale nomen decusque adeptus sempiternum, obiit Blaubeurij, sepultusq; fuit Tubingæ, eò transportatus, anno ætatis octuagesimo, anno verò salutis 1531. Eius Epitaphium in summo Templo Tubingæ supra monumentum eius sculptum ita habet:

*Heus, heus, adesse te cupit*

*Rogatq; saxum vt hoc legas:*

*Mathesis ecce principem*

*Dedit tulitq; Suenia*

*Vel*

*Velilla Martia. hoc decus  
Sed abstulit nimis fera hic  
Premitq; Parca. iam cubent,  
Vt cernis ossa Stofleri?  
Precare quisquis hâc abis.*

M m 3





Nasctur Carolus 16<sup>us</sup>  
 an 1477 Obijt  
 Norimberga an 1547

*Si tabula & geneses faciunt coeli esse peritum,  
 Iure equidem Astronomus Astrologusq; ferar*



IOANNES SCHOENERVS

*Mathematicus.*

**S**choenerus patriâ Caroloftadius, ex Franciâ, nascitur anno 1477. & à tenerâ statim ætate literis adhibitus, adultior plures Academias visitauit. artibus & Mathematicis disciplinâ in primis deditus fuit. in quibus tantum profecit, vt & publice doceret, doctissimisque huius scientiæ viris annumeraretur: Astrologus atque Astronomus excellentissimus, vtpote qui Mathematicum studia sua opera atque industria plurimum auxerit illustraueritque. Resolutarum Tabularum opus illud egregium, sine quibus Theoricæ, vt vocant, motuum Cœlestium luce suâ carent, in publicum edidit. Opus Genethliacum antecessoris sui Regiomontani multis modis auxit atque locupletauit, quo ipse multa non ab alijs modò tradita, sed & à se longo obseruata vsu, in vnum corpus digesta explicauit planissime, &

tan-

tanquam dissipatas edificiij partes extruxit bel-  
 lissime. Præmittuntur Tabulis documenta ge-  
 neralia , ex regulis Arithmeticis de minutijs  
 Physicalibus pro vsu earundem necessaria. Ex-  
 tant eiusdem globus Astronomicus, & libellus  
 cum ipso instrumento excusus. Opera eius v-  
 niuersa Norimbergæ excusa sunt anno 1551. sunt  
 autem hæc. Magoge Astrologiæ iudiciariæ. De  
 iudicijs natiuitatū lib. 3. Tabulæ resolutæ. De  
 vsu globi cœlestis. De compositione globi cœ-  
 lestis. De vsu globi terrestris. De compositione  
 eiusdem. Libellus de distantijs locorum per in-  
 strumentum & numeros inuestigandis. De  
 constructione torqueti. In constructionem at-  
 que vsum Rectanguli siue radij Astronomici  
 annotationes. In fabricam atq; vsum magnæ  
 regulæ Ptolomæi annotationes. Horarij Cy-  
 lindri canones. Æquatorium astronomicum,  
 ex quo errantium stellarum motus, luminari-  
 um configurationes & defectus colliguntur,  
 appositis vbiq; Planetarum Sphæris & termi-  
 norum expositionibus. Planisphærium seu  
 meteoroscopium, in quo singula quæ per mo-  
 tum

tum primi mobilis contingunt, inueniuntur.  
 Organum Vranicum. Instrumentum impe-  
 dimentorum Lune, per quod dies impediti fa-  
 cillime colliguntur, his apprimè vtile, qui Al-  
 manach scribere gestiunt. Edidit quoq; libellũ  
 medicinæ germanicum. His itaq; monumen-  
 tis publicatis, præclare de re literaria vniuersa  
 meritis obijt Norimbergæ septuagenarius,  
 16. Cal. Febr. anno 1547.

Nn









ERASMVS OSVVALDVS

*Schreccesuchsius, Mathe-  
maticus.*



Rasmus Osvaldus Schreccesuchsius natus in comitatu Merckenstein Austriacæ ditionis, anno 1511. in patriâ schola literis mediocriter tinctus sese ad varias vniuersitates contulit. in primis verò Ingolstadij, Lipsiæ, Basileæ diligenter studia profecutus est. quibus locis cum ingeniũ excoluisset, sese Memmingam amœnã Sueuiæ ciuitatē contulit. atq; ibi Scholæ præfuit aliquandiu, postea Tubingam abiit, vbi Magisterij gradu ornatus, stipendio Principis Hebræas literas magna laude exposuit. Cum hoc modo varijs functionib<sup>9</sup> sese exerceret, atq; in primis Sebastiani Munsteri Præceptoris sui exemplo Hebrææ linguæ atq; disciplinis Mathematicis operam nauaret, anno 1551. Friburgum Brisgoiæ vocatur, vt & Mathematica doceret, & Hebrææ linguæ mysteria explicaret, id quod ipse

singulari dexteritate perfecit, non sibi modo,  
 sed vniuersæ Academiæ magnam existimatio-  
 nem comparans. Scripsit in Sphæram doctissi-  
 ma commentaria, atq; Ptolomæum egregie  
 restituit. Commentaria item in primum mo-  
 bile & Theorias Planetarum luculenta. Inter  
 alias quoq; lucubrations Testamentum no-  
 uum in Hebraicam linguam primus vertit, at-  
 que scriptũ exemplar pro sua humanitate mul-  
 tis, anno 1565. exhibuit. Paraphrasin in cantica  
 canticorũ & Ecclesiasten Salomonis ex Chal-  
 daica lingua in Latinum sermonem transtulit.  
 Addidit etiam orationem funebrem Hebrai-  
 ce conscriptam de Obitu Sebastiani Munsteri  
 Præceptoris sui. Transtulit in Latinam linguã  
 Rabi Abraham Cai Hebræi librũ de Sphæra,  
 & Arithmeticam Rabi Eliæ Hebraicè & La-  
 tinè edita. Scripsit cõmentaria in Sphæram Io.  
 de sacro bũsto. Opus nobilissimum gentium  
 Calendaria eruditissima monstrans, vnâ cum  
 instrumentis ad eam rem necessarijs. Item in  
 Almagestum Ptolomæi annotationes. Huic  
 eru-

ERAS. OSVVALDVS SCHREC. 288

eruditioni accessit vitæ integritas & docendi  
felicitas. Bene itaque de Republ. literariâ me-  
ritus obiit Friburgi anno Christiano 1579.

Nn 3





Quantum exit melicâ reliquos Orlandus in arte,  
Etherijs propior tantum abit ille choris.



# ORLANDVS LASSVS

*Musicus.*



Rlandus Lassus Bergæ Hannoniæ vrbe natus, anno 1530. septem annorum puer ad literas discendas adductus sesquiennio post ad musicam animû applicuit, qua breui tēpore percepta ob vocis suauitatē præ cæteris suis æqualibus commendabatur, vnde inter pueros Symphonicos viuens, ex schola ter plagio sublatu est, bisq; sollicitâ parentû curâ reductus fuit: tertio Scholâ non reperijt, sed cū Ferdinando Gonzaga prœrege Siciliæ, tum temporis Cæsarearû copiarû apud Santdesideriû duce manere consensit. Itaq; solutâ Belgicâ expeditione cū eo discessit, & partim in Sicilia, partim Mediolani eidem adhæsit, donec post sexenniû, vt fit, vocē mutare cœpisset. Ergo 18. ætatis anno à Constantino Castrioto Neapolim ductus cum Marchione de la Terza tribus circiter annis vixit. Inde Romam venit, & hospes Archiepiscopi Florentini sex mensibus fuit, donec præficeretur ad S. Ioannem Lateranensem, vniuerso Musico sacello longe celeberrimo. Vnde post peregrinationes Anglicanas Gallicanasque cum Iulio Cæsare Brancacio susceptas, Antuerpiæque totidem annis versatus; tandem Alberti & Guilielmi ducis Boiarum Musicæ Magister supremus per integrum vicennium, & à Maximiliano II. Cæsare nobilitatus, atque à summis Imperij Principibus proceribusque summe honoratus fuit. Cationibus harmoniacis tam sacris quam profanis omnium linguarum in orbe vniuerso celebratissimus. Edidit Cationes aliquot 5. vocum, tum viua voce, tum omnis generis.

generis instrumentis cantatu commodissimas. Selectiorum, item aliquot cantionum sacrarum sex vocum fasciculum cū tribus Dialogis 8. vocum. Cantionum sacrarum libros 2. quatuor vocum, authoribus Orlando d. Lasso & Cypriano de Rore. Quatuor libros cātionum Gallicarum iisdem autoribus. Cantiones sex 4. vocum Latinas & totidem Germanicas, Italicās, Gallicas cū Dialogo 8. vocum. Magnificat 8. Tonorum. Cantionum Germanicarum ad instrumenta accommodatarum partes duas quinque vocum. Lectiones 9. ex Iob. 4. vocum Madrigalium libros 4. quinque vocum. Modulos quinis vocibus, nunquam editos hactenus. Cantionum nouarum Germanicarum partes quinque, quatuor & quinque vocum. Patrocinium Musices, cantionum, quas Motetas vocant, opus nouum quinque tomis digestum, quorum primus, secundus, tertius, & quartus in lucem prodierūt grandissimis pro choro notis, & folio regali. Patrocinij Musices, partem quintam, continentem Magnificat aliquot 4. 5. 6. & 8. vocum folio regali. Patrocinium Musices, Passionem quinque vocum & Lectiones matutinas de Natiuitate Christi quatuor vocum complectens, in folio regali, grandibus tum notis, tum characteribus. Theatrum Musicum, tum suas tum aliorum præstantissimorum Musicorum selectissimas cantiones sacras 4. 5. & plurium vocum repræsentans. Selectissimas cantiones, quas vulgò motetas vocant, partim omnino nouas, partim nusquam in Germania excusas, sex & pluribus vocibus cōpositas, cui editioni accessere omnes Orlandi Motetæ, quæ in veteri thesauro Musico continebantur, cum quibusdam alijs, ita vt fere tertia parte opus hoc sit auctius. Librum Missarum quatuor & quinque vocum, quæ cum viæ voci, tum omnis generis instrumentis Musicis cōmodissime applicari possunt. Fasciculos aliquot sacrarum cantionum, cum 4. 5. 6 & 8. vocibus,

cibus, antea quidem separatim excusos, postremò verò authoris consensu in vnum corpus redactos. Librum Motetarum trium vocum, tum viuæ voci tum instrumentis applicandarum. Nouas aliquot & antehac non ita vsitatas, ad duas voces, cantiones suauissimas.

O o










*PHILIP. AVREOL. THEOPHRASTUS Paracelsus Bombast ab Hohenheim Medicus.*

**P**Hilippus Aureolus Theophrastus Paracelsus dictus Bombast ab Hohenheim, nascitur anno 1493. Medicinæ vtriusq; Doctor fuit inclytus, eamq; Basileæ aliquot annos publico stipendio maximâ cum admiratione professus fuit. Primus novæ Spagiricæ Medicinæ autor fuit, quam Archidoxis Theophrastiæ, alijsq; libris propemodum infinitis editis longe lateq; disseminavit. Dira illa vulnera, Leporam, Podagram, Hydrophisin, aliq; insanabilia corporis contagia, arte sua mirifice sustulit. Quin et commentaria in sacros libros & præterea quædam dogmatica post se reliquit; quibus nomen suum omnibus passim illustre reddidit. Vitæ Eremiticæ sectator, & suus quâ alterius magis esse desiderans, bona sua in pauperes distribuenda collocâdaq; ordinavit. Tandē sine optato annos natus 47. vitam cum morte cōmutavit, anno Christi 1541. Septembris die 24. Is contemptis veteribus omnibus novam medicinam instituit, et plurima nō in medicina solū sed Theologia quoq; scripsit, omnia tamen Germanice. Editi autem sunt non pauci etiam Latini ab eius sectatoribus facti, quorum numero sunt sequentes. De vrinarum ac pulsuū iudicijs: De Physionomia, De morborum Physionomia fragmentum. Septem libri de gradibus Receptorum naturalium. His addita 6. capita de Anatomia publicata ab Adamo Bodenstein. Pyrophilia vexationumq; liber. Cui accesserunt, primò tractatus metallorum septem: Secūdo rerum naturalium tria fore principia, q̄ per demonstra-

tionemartis igneæ docetur. Tertio contracturarum origines & curæ. Quarto morborum capitalium quatuor, Epilepsia, Podagra, paralysis & Hydropisis curæ. Philosophiæ magnæ collectanea quædam per Gerhardum Dornæum latina reddita. Chirurgia vulnerum tum recentium tum veterum & manifestorum: cui libri duo, prior de contracturis, de Apostematibus, Syronibus & nodis alter, accessere per Gerardum Dorn. Latine redditi. De meteoris, item de matrice, & de tribus principijs libri duo: Quibus Astronomica & Astrologica fragmenta quædam accesserunt, per Dornæum latine. Archidoxorum de secretis naturæ mysterijs lib. 10. De Tinctura physicorum, de præparationibus, de vexationibus Alchimistarum, de Cementis metallorum, et de gradationibus eorundem, omnia eodem interprete, Chirurgia minor quam aliàs Bertheoneam intitulauit, cum eiusdem tractatibus de Apostematibus, Syronibus, nodis. Item de cutis apertionibus, de vulnerum & vlcerum curis, ac de vermibus, Serpentibus & maculis à natiuitate ortis ex versione Dornæi. De Tartaro libri septem auctiores & castigatiores. Liber paramyrum, in quo vniuersalis Theorica Physices, & Chirurgiæ origines, & causæ morborum traduntur: accesserunt libri de modo pharmacandi: de xenodochio: de Thermis, &c. De Spiritibus Planetarum siue metallorum libri tres. Eiusdem de tinctura Physica, de gradationibus, de cæmētis, de zodiaci figuris & eius mysterijs, Georgij Phædronis pestis Epidemicæ curatio. Chirurgia minor. De vita longa libri 5. Commentarij in Aphorismos Hippocratis. Septem defensiones aduersus æmulos suos. Tractatus de morbis Tartareis. De natura rerum & de natura hominis. Libri iam enumerati omnes Latine, sequentes vero Germanice sunt editi. Explicatio aliquot Aphorismorum Hippocratis. Item tres vtilis tractatus de Occulta vi & operatione Corallorum,

Hyperici, & Persicariæ. De præparatione Hellebori, et de perforata. Archidoxa. Liber præparationum. De tinctura Physicorum. de renouatione Vitæ, de Vita longa. Tractat<sup>us</sup> de apertionibus cutis, de vulneribus, de serpentibus, Araneis, &c. ac maculis à natiuitate ortis. Occulta Philosophiæ Archidoxa. Libri 9. de mysterijs naturæ. Archidoxorum pars prima de renouatione & restauratione vitæ longæ. De mineralibus è sale, Vitriolo, Arsenico, sulphure. Tractatus quinque. 1. de rebus naturalibus: 2. de quibusdam herbis: 3. de metallis: 4. de mirabilibus, 5. de gemmis. Astronomia magna, siue tota Philosophia sagax maioris & minoris mundi. De Thermis Fabarianis in Heluetia. De proprietatibus perfecti Chirugi. De Spiritu vitæ & eius virtutibus. De virtute internorum Spiritualium et corporeorum membrorum. De virtutibus exteriorum & confirmatione interiorum membrorum. Metamorphosis de rebus naturalibus, de minoribus metallis: De lapide Medicorum, & lapide Philosophorum. Tractatus duo de viribus morborum Spiritualium, de Electro. De morbo Tartarico. De Alchimia. De cementis. De medicina cœlesti. De præparationibus. De Spiritibus planetarum. Libri Paragraphorum 14. Latino sermone, integritati restituti & explicationibus explicati à Toxite. Aurora Thesaurusq; Philosophorum, accessit monarchia Physica per Gerhardum Dornæum. Anatomia viuæ Paracelsi. De lapide Philosophico tractatus germanice. Manuale de lapide medicinali, de Tinctura planetarum. Thesaurus Thesaurorum, Occulta Philosophia cum annotationibus nouis germanice. Scripta de tribus principijs omnium generationum: Item Thesaurus Alchimistarum editus à Bodenstein Germanice. De secretis creationis à Toxite editus. Archidoxorum, seu de secretis naturæ mysterijs lib. 10. quibus accesserunt

cesserunt libri duo, vnus de materijs metallorum, alter de quinta essentia. Expositio vera imaginū olim Norimbergæ inuentarum Latine. De restituta vtriusque medicinæ vera praxi, in ordinem redacta & in Latinum sermonem conuersa à Dornæo. Centum & quindecim Curationes experimētaq; è germanico latine versa. Accesserunt quædam præclara atq; vtilissima à B. G. de portu Aquitano annexa. Sextus liber de morbis calculosis & podagricis eorumq; curatione germanice. Libri quinq; de vita longæua germanice. Circūferūtur autem alij quoq; libri complures Theophrasti: vt et multa eius scripta Theologica seruantur, cū commentaria in complures sacros libros, tū quædam dogmatica. Porro contra Theophrasti nouam Medicinam quatuor volumina edidit clarissimus atque doctissimus Medicus D. Thomas Erastus.







## HENRICVS CORNELIVS

*Agrippa Eques.*

**H**ENRICVS CORNELIVS AGRIPPA  
 ex nobili familiâ ab Nettesheim apud  
 Belgas ortus, iuris vtriusq; et Medici  
 nâ Doctor Carolo V. Cæsari Augusto à Consi-  
 lio Iudiciario & Archiuis, à teneris annis literis  
 incubuit, et ob felicem indolē in omni gene-  
 re artium sibi magnam eruditionem com-  
 parauit. Postea quoq; Principum castra secu-  
 tus, sua fortitudine effecit, vt armatæ militiæ  
 Eques auratus crearetur. Cum hoc modo lite-  
 ris & armis conspicuus esset, anno circiter 1530,  
 animum ad scribendum appulit, & de occulta  
 Philosophia tres libros composuit: Postea de  
 incertitudine & vanitate scientiarum Decla-  
 mationem inuectiuam vel Cynicam, qua do-  
 cetur nusquam certi quicquam, nisi in solidis  
 Dei eloquijs, atq; in verbi Dei eminentia late-  
 re. Scripsit etiam Historiam de duplici corona-  
 tione Caroli Cæsaris, præterea de præcellentia



muliebris sexus atq; de apparitionibus animarum. Cum autem in artem Raymundi Lullij breuē commentaria fecisset, atq; abditæ Philosophiæ & Astrologiæ deditissimus esset, fuerunt qui ipsam dæmonum commercio frui existimarent. quos tamen ille Apologia edita confutauit, atq; se intra artium terminos permanere ostendit, Anno 1538. Scripsit orationes plures doctissimas, quibus ingenij sui excellentiam omnibus manifestauit, præcipue verò decem, quarum prima est in prælectionem Conuiuij Platonici, in Ticinensi Gymnasio habita, Amoris laudem continens. Secunda in prælectionem Hermetis Trismegisti, de potestate & sapientia Dei. Tertia pro quodam Doctorando. Quarta ad Metensium Dominos, cum in illorum Aduocatum, Syndicum & Oratorem acciperetur. Quinta ad Senatum Lucenburgiorum, pro Dominis suis Metensibus habita. Sexta in salutationem eiusdem Principis & Episcopi pro Dominis Metensibus scripta. Septima in salutationem cuiusdam magnifici viri pro Dominis Metensibus

sibus scripta. Octava per quendam Affinem  
 suum Carmelitanum, sacrae Theologiae bacca-  
 laureum formatum, in acceptione Regentiae  
 Parisiis habita. Nona pro filio Christierni Re-  
 gis Daciae, Noruegiae & Sueciae & in aduentu  
 Caesaris habita. Decima in funere D. Marga-  
 retae Austriacorum & Burgundionum Prin-  
 cipis habita. Scripsit etiam Dialogum de ho-  
 mine. De originali peccato disputabilis opi-  
 nionis declamationem ad Episcopum Cyre-  
 nensem. Epistolam ad Michaellem de Arando  
 Episcopum S. Pauli. Querelam sup Calūnia in-  
 tentata Argentinae anno 1539. excusā &c. His  
 itaque monumentis editis, Cornelij nomen  
 ob multiplicem doctrinam, non modò apud  
 Germanos, sed et apud exteros celebre extitit.  
 Ipse enim inter Diuos nullos non carpit Mo-  
 mus: inter Heroas monstra quoque insectatur  
 Hercules: Inter Dæmones Rex Erebi Pluto,  
 irascitur omnibus vmbriis: inter Philosophos  
 ridet omnia Democritus: contra deflet cun-  
 cta Heraclitus: nescit quæque Pyrrhias: et  
 scire se putat omnia Aristoteles: Contemnit

cuncta Diogenes. Nullis hic parcit Agrippa,  
 contemnit, scit, nescit, flet, ridet, irascitur, in-  
 fectatur, carpit omnia; Ipse Philosophus, Dæ-  
 mon, Heros, Deus & omnia.

F I N I S I I. T O M I

Virorum illustrium.

\*



# INDEX EORVM QVI

in I. I. hoc Tomo continentur, cum  
Distichis singulorum Iconibus  
subiectis.

- 1        Carolus Clusius, Atrebas.  
*Consilio Pylum, Chironem vincit in herbis,  
Atq; Titum antiqua Clusius Historia.*
- 2        Iustus Lipsius.  
*Ausonios olim fuerat quod Tullius inter,  
Hoc inter nostros Lipsius vnus erit.*
- 3        Hulrichus Huttenus.  
*Palladis inuictus pariter Mauortis alūnus,  
Inclytus ingenio militiaq; sui.*
- 4        Dionysius Lebeus-bathillius.  
*Si virtus, Doctrina, Vsus, Prudētia sumis  
Efficiunt charum regibus esse virum;  
Ista tibi certe simul arrisere Bathilli,  
Qui partes tanti regis in vrbe geris.*
- 3        Petrus Gualtherius Chabotius.  
*Ut legit libros Gualtheri Phœbus: hic, inquit,  
Solutus habet Flacci pectora diamei.*

# I N D E X.

6.                   Ioannes Posthius.  
*Te Posthi, te Phœbus amat, seu Carmina pã-  
 Paonia veniat, seu tibi ab arte decus. (gas,*
7.                   Paulus Melissus.  
*Teutonicæ Vates veniant & pignore certent,  
 Victor erit culto carmine Francus olor.*
8.                   Petrus Ramus Veromandus.  
*Rame tuis Gallis es quod Latio fuit olim  
 Romani Princeps Tullius eloquii*
9.                   Petrus Ronfardus.  
*Bystoniæ cecinit Vates ad Strymonis undas  
 Non melius, tibi quam funditur ore melos.*
10.                  Ioannes Fischerus.  
*Concidit ut ferro cervix præcisa Britanni,  
 Virtus, ingenium concidit & Pietas.*
11.                  Thomas Morus.  
*Singult antem animam Mori taboq, natantẽ  
 Abluit hei Pietas ipsa suis lachrymis.*
12.                  Thomas Crammerus.  
*Crammerus flammis positus crepitantibus  
 Ipse meæ Iudex partis & ultor ero. (inquit,*
13.                  Wilhelmus Budæus.  
*Sol Iuris, Graii & Latii sermonis ocellus  
 Nocte*

I N D E X.

Nocte sepulturae funera lustror mea.

14. Andreas Alciatus.

Andreas prisco reddit sua iura nitori,  
Consultosq; facit doctius inde loqui.

15. Ioannes Oldendorpius

Iuris Oldendorpi, fueras qui viuis asylum  
Nunc quoq; es Ausonii portus & aura fori.

16. Andreas Cludius.

Cludius hic vultu est, animi vim scripta lo-  
quuntur,

Pulpita doctrinã, Guelphias aula scholam.

17. Ioannes Schneiduinus.

Multa forum, plus aula tibi, schola plurima  
debet,

Ætatis nostræ fama, sequentis amor.

18. Tobias Paurmeisterus.

Mentem forma tuam, Doctrinam penna  
Cherusci

Acta, fidem Cæsar Guelphiadesq; probat.

19. Simon Pistoris,

Saxonica vixit qui Cancellarius aula,  
Pistoris tali pingitur ore Simon.

20. Modestinus Pistoris.

I N D E X.

- Cui schola, cui debet Respubl. cui ducis aula  
Nempe Modestinus gloria iuris hic est.*
21. Bonifacius Amerbachius.  
*Jura foro, doct̃a s̃q; scholis qui sufficit artes,  
Talis Amerbachus conspiciendus erat.*
22. Sebastianus Brandt.  
*Tractavit pariter leges, sacramq; Poesin  
Nobilis ingenio Brandus, at arte rudis.*
23. Nicolaus Cisnerus.  
*Vt Schola Cisnerum, sic imperiale tribunal,  
Atq; Palatini predicat aula ducis.*
24. Ioannes Ludouicus Viues.  
*Sydus in Hesperis Viues regionibus ortum,  
Cur iubar arctoum protulit vsq; poli?*
25. Iacobus Latomus.  
*Latomus artifice disponens singula dextra,  
Facundum solers edificauit opus.*
26. Ioannes Latomus.  
*Esse foris maior potes, obstat patria, vestri  
Gloria prima fori Latome, prima chori.*
27. Ioannes Cochlæus.  
*Parti tibi cum summis debetur gloria, nam tu  
Par calamo summis ingenioq; viges.*

28. Ioannes de Indagine.  
*Qui cœli indagat cursus sensusq; DEORVM,  
 Indagatoris quàm bene nomen habes.*
29. Wilibaldus Pirckheimerus.  
*Res mundi gestas & cœli Sydera noram:  
 Ima simul debent & supera alta mihi.*
30. Alardus Amstelrodamus.  
*Agricolã Logices ni gloria prima sequatur,  
 Amstelrodamo debita sola fuit.*
31. Guilhelmus Philander.  
*Architectus eras, nec te solertior alter,  
 Par tibi cum magno gloria Vitruuio.*
32. Ioannes Hartungus.  
*Site Roma sibi, si vendicat Hellados ora,  
 Quid reliquũ de te patria laudis habet?*
33. Ioannes Auentinus.  
*Scriptor Auentinus patriæ clarissimus oras,  
 Qua potis est Banaros laude beare, beat:*
34. Ioannes Sebastianus Pfauferus.  
*Cæsare qui coram spargebas verba salutis,  
 Cæsareo felix munere Præsul eras.*
35. Ioannes Geilerus:  
*Magnorum te cura ducũ Geilere fouebat,*



*Servantem lingua liberioris iter.*

36. Ioannes Marbachius.

*Marbacho tantum plebs Argētinā fatetur  
Luthero quantum debuit ille suo.*

37. Hartmannus Beyerus.

*Sydera qui cœli, qui Vatum oracula noras,  
Ius Hartmanne duplex Solis in arce tenes.*

38. Conradus Lautenbach.

*Res qui gestas & mystica sacra professus,  
Nobilis ingenii carminis autor eras.*

39. Ioannes Sleidanus.

*Quis status in terris fuerit, quæ cura sacrorū,  
Imperio scripsi Carole quinte tuo.*

40. Ioannes Munsterus.

*Dimensus terras & magna sydera cœli,  
Edidit Hebreos Historicoq; libros.*

41. Ioannes Wolfius.

*Pulpita qui patriam decoravi sacra p̄ urbe,  
Interpres diuinum Philosophusq; fui.*

42. Hieron. Wolfius.

*Redderet Ausonio qui rectius ore Pelasgos  
Germanos inter Volfius vnus erat,*

Ioan-

43.

Ioannes Stoflerus.

*Perlustrans terras Stoflerus est atria caeli,  
Caelo animam iussit vivere, corpus humi.*

44.

Ioannes Schoenerus.

*Si tabulae et geneses faciunt caeli esse peritum,  
Iure equidem astronomus astrologusque ferar.*

45.

Erasmus Osvaldus Schrecc-  
fuchsius.

*Lingua Osualde deo conformas, luminacaelo,  
Et neget hanc mentem quisquam habi-  
tare deos.*

46.

Orlandus di Lassus.

*Quantum exit melica reliquos Orlandus in arte,  
Aetheriis propior tantum abit ille choris.*

47.

Theophrastus Paracelsus.

*Hic est cui magni mysteria cognita mundi,  
Et dare qui potuit de salis arte salem.*

48.


Cornelius Agrippa.

*Stemmata natus Eques, Medicus, Magus,  
atque peritus  
Juris, et imperii Consul Agrippa fuit.*

ERRATA.

In Thoma Crammero, pag. 227. lin. 6. lege, omni virtutum genere cumulatifsimus.

In Conrado Lautenbachio: pagin. 248. lin. 12. lege, puer omnia tulit, vir omnia fecit. In eodem, pag. 249. lin. penultima, lege, ex quibus tamen omnibus unicus & dum superstes, &c.



227.8705

UB WIEN



+AM36336550X



[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)